



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XLVI. Bisthum und Land Lebus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

Bisthum und Land Lebus.

- I. Lorenz, Bischof von Lebus, überläßt dem Augustinerkloster zu Raumburg am Bober den Zehnt in 200 ihm im Lande Lebus von dem Herzoge Heinrich von Schlesien geschenkten Hufen, am 23. April 1226.

Ego Laurentius, miseratione diuina Lubusensis Episcopus — Dominus Henricus senior ducentos mansos in dyocesi mea in territorio videlicet de Lubus contulit religiose domui de nouo castro. — Ego etiam — — jus decimationis de predictis CC mansis prefate domui iure concessi perpetuo. Datum — M^o. CC^o. XXVI^o., IX kal. Maji.

Wohlsbrück I, 17.

- II. Kaiser Friedrich bestätigt dem Erzbisthum Magdeburg das demselben von König Philipp geschenkte Bisthum und Schloß, sowie die Stadt Lebus, im Juni 1226.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Fridericus secundus, diuina fauente clementia Romanorum imperator et semper Augustus, Iherosolimi et Sicilie rex in perpetuum. Tunc princeps Romanus gloriatur in subditis et decus extollitur imperatorie maiestatis, cum ad suos deuotos imperii principes pro seruitorum meritis et magnificentia meritorum prouida liberalitate respiciens labores eorum digna retributione prosequitur, ac ipsorum deuotionem munifica largitione compensat, quos dum imperialis excellentia prouehit in profectibus eorum commoda sua magnificat — —. Ea propter notum fieri volumus vniuersis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dilectus

princeps noster Albertus venerabilis Magdeburg. Archiepiscopus coram nostra proposuit maiestate, quod patruus quondam noster Philippus, Romanorum rex, clare memorie donavit et concessit ei et Magdeburgensi ecclesie Episcopatum castrum et civitatem Lubus, cum omnibus iustitiis et proventibus suis, quare nostre celsitudini humiliter supplicavit, quatenus predicta Episcopatum castrum et civitatem Lubus ei ac nominate ecclesie sue de nostra gratia confirmare, donare et concedere dignemur. Nos igitur attendentes grata et multiplicia dilecti principis nostri servicia, que non absque incomparabilibus ecclesie sue dampnis et expensis grauibus ab exordio nostre promotionis nobis et imperio ad nostrum et imperii honorem exhibuit et exhibet incessanter ac inantea exhibere poterit graviora, dignum duximus labores eius multiplicum serviciorum suorum merita et ecclesie sue dampna, que sibi pro nostris sunt illata serviciis, clemencius intueri, ac honestam supplicationem ipsius, quam in conspectu nostro fides et iustitia prouebunt et presentant, liberaliter admittentes, ex innata mansuetudine nostra, qua consueuimus bene meritis respondere, sui grati servicii merito, et in reconpensationem dampnorum ecclesie sue, de consensu fidelium nostrorum principum imperii confirmamus et de uberiori gratia donamus ac concedimus eidem principi nostro dilecto Alberto venerabili Magdeburgensi Archiepiscopo et sue sancte Magdeburgensi ecclesie Episcopatum castrum et civitatem Lubus in proprietatem et possessionem perpetuam cum omnibus proventibus suis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, piscationibus, nemoribus, siluis, venationibus, villis, opidis, jurisdictionibus, utilitatibus, oportunitatibus ac cunctis iuribus eorum, sicut ad nos et imperium spectare noscuntur, nec non cum ceteris pertinentiis suis occupatis pro tempore ac detentis, quas ab occupatorum manibus eruere poterit, qui eas non absque imperii preiudicio et iniuria inuaserunt, et per violentiam detinere contendunt, que omnia olim dictus patruus noster Philippus, Romanorum rex, eidem Episcopo et ecclesie sue supradicte donauit, sicut euidenter nostre innotuit maiestati. Statuentes insuper et presentis auctoritate privilegii facientes, ut nullus princeps, dux, Marchio, comes, aduocatus, scultetus, ministerialis nullaque persona sublimis vel humilis publica vel privata ecclesiastica vel mundana contra presentem confirmationis, donationis et concessionis nostre paginam venire presumat. Quod qui presumpserit in sue temeritatis vindictam quingentas libras auri optimi se compositoras sciat, quarum medietas fisco nostro et reliqua patienti iniuriam persoluatur. Ad hujus itaque confirmationis et donationis nostre memoriam et robur perpetue valituras prefens privilegium fieri facimus, quod sigilli nostri impressione iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt Geroldus, patriarcha Jherusolimenis, Henricus Mediolanensis, Landus, Reginus Archiepiscopi, H. Wormacensis, Engelardus Nuemburgensis, Conradus Hildesemensis, Eckardus Merseburgensis, H. Babileensis, H. Brixinensis, Jacobus Taurinensis, Albertus Brixinensis, G. Parmensis, Marmardinus Imolenis Episcopi, Vgo de Marbac, Fridericus de Prome, Abbates, Otto Aquensis, H. sanctorum apostolorum in Magdeburg, Thegenhardus in Houge Herbipoli prepositi, Albertus, Dux Saxonie, Ludeuicus, Landgravius Thuringie, Reinaldus, Dux Spoleti, H. Marchio de Baden, Mainardus de Gorzech, H. de Swartzpurg, Conradus de Eberstein, Sifridus Vienne, Guido Tuscie, Mainardus de Moleburch, Thadeus de Urbino, Comites, Geuehardus et Walterus, fratres de Arnesten, Gotfridus de Honlo, Waltherus et Albertus, filius suus de Langeburch, Ludolphus de Rulested, Henricus et H., fratres de Wida, Henricus de Cremmacowe, Bartholomeus de Suntershufen, Hartmodus de Borg. Acta sunt anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXVI^o., mense Junii, XIV indictione imperante Domino nostro Friderico, dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jherusolimi et Sicilie Rege, anno ejus Romani imperii VI., regni Jherusolimi primo,

regni vero Sicilie XXIX. feliciter amen. Datum in civitate Parme, anno mense et indictione prescriptis.

Hujus privilegii prescripti due sunt litere ejusdem tenoris,

Vna cum sigillo de cera, alia cum bulla aurea sigillate.

Aus einem Copialbuche nach Gercken's Codex IV, 436.

III. Lorenz, Bischof von Lebus, überläßt den Klöstern Lebus und Trebnitz den Zehnt von dem Platkowischen Districte, im Jahre 1229.

— — Ego Laurentius, misericordie diuina lubufenfis episcopus, vniuersis christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem — vniuersitati uestre notum esse cupio, quod ego consensu capituli Lubufenfis, decimam Platkouienfis territorii, tam de cultis quam colendis, ecclesie sancte Marie in Lubens, necnon et ecclesie beati bartholomei in Trebiniz perpetualiter donauit. In cuius rei argumentum, presentem paginam tam sigilli mei, quam et capituli lubufenfis munimine roborauit. Acta sunt hec anno gracie M^o. CC^o. XX^o. nono, tempore Guntheri, abbatis Lubufenfis, et Gerdrudis, abbatisse trebinicenfis, sub testimonio pribizlai, prepositi, Andree, decani, Siberti, Strefonis, Wolferrami, Bartholomei, Radozlai, canonicorum.

Wohlsbrück I, 59.

IV. Bischof Lorenz von Lebus überläßt den Tempelherren die Zehnten von 250 Hufen Landes in seinem Stiftsprengel, im Jahre 1229.

In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti Amen. Quoniam res temporaliter geste ne labantur cum tempore litteris commendate et sigillis roborate, habent immobile firmamentum, ego Laurentius, diuina misericordie lubucenfis Episcopus, notum facio tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod Fratribus militie Templi in subsidium Terre sancte contuli decimas ducentorum quinquaginta mansorum in Episcopatu lubucenfi, cum consensu Capituli lubucenfis, in perpetuum possidendas, pro remedio animarum mee videlicet et predecessorum atque successorum meorum. Et ne quis hoc irritare quomodolibet aut turbare presumat in posterum Scripto presenti et sigillis, meo scilicet et Capituli, roborare dignum duxi, Datum Anno gratie M^o. CC^o. XXIX, Indictione II.

Aus Beckmann's handschriftl. Urkunden-Sammlung. Es ist dies die Urkunde, deren Verlorensein Wohlsbrück I, S. 60 seiner Geschichte von Lebus beklagt.

V. Günther, Abt zu Lebus, vergleicht sich mit dem Cathedralstifte zu Lebus über die Zehnthebung in dem Dorfe Rypici, im Jahre 1236.

In nomine domini dei eterni Amen. Nouerint vniuersi, quod inter dominum Gunterum, abbatem de lubes ex una parte, et Bartholomeum, scolasticum lubufensem, ex altera, talis contractus de decima uille Rypici, que est sita in parochia scolastrie lubufenfis, interuenit, quod idem scolasticus a prefato domino abbate, consensu domini Henrici, episcopi lubufenfis, totiusque ipsius capituli, de singulis mansis uille prefate, cultis seu colendis, nomine decime duas mensuras siliginis annuatim acceptauit, Hoc autem ideo, quia idem contrahentes non crediderunt, eandem uillam posse aliter ad culturam de facili reuocari. Acta sunt hec in lubus in ecclesia cathedrali, Anno domini M^o. CC^o. XXXVI^o., hiis presentibus et consentientibus domino henrico, eiusdem loci episcopo, Nankero, preposito, Andrea, decano, Bartholomeo, scolastico, canonicis autem Strefone, Radzlao, Wolueramo. Vt igitur iste idem contractus in perpetuum stabilis ualeat permanere, ideo contrahentes hanc cartam sigillis infra positis petinerunt corroborari.

Wohlbrück I, 4.

VI. Herzog Heinrich von Schlesien bekundet, dem Kloster Naumburg am Bober 200 Hufen Landes im Lande Lebus geschenkt zu haben, im Jahre 1237.

Hinricus, dei gracia dux Zlesie et Cracouie, vnacum consensu dilecti filii nostri Henrici — contulimus domui sancte Marie in nouo castro — CC mansos paruos in districtu Lubufenfi, cum omni iure —. Actum iuxta lacum Sambowno, Anno cristi M^o. CC^o. XXXVII^o., Presentibus hiis Duce Zobezlawo, nepote Ducis, Nenkeru, preposito Lubufenfi etc. —

Wohlbrück I, 17. Werb's Neues Archiv II, 152.

VII. Herzog Heinrich von Schlesien bestätigt die Anordnung seines Vaters, wornach bis zur Vollendung des Baues der St. Adalbertskirche zu Lebus die Einkünfte aus einem Dorfe bei Löwenberg zu diesem Bau verwandt werden sollen, am 12. März 1241.

— Henricus, dei gratia Dux Zlesie, — notum facimus —, quod felicitis recordationis Henricus Dux, Pater noster, in consecracione ecclesie de Lewenbergk ipsam taliter dotauit, — —. In villa Vyazd civitati proxima contulit dicte ecclesie prouentus, qui ipsi Duci pertinere de-

bebant in Censu et anona pro futuris temporibus, adjecto, ut illi proventus deserviant operi ecclesie Sancti Adelberti in Lubus, quamdiu construitur et non est perfecta. Postmodum vero perveniant ad Ecclesiam de Lewenbergk in perpetuum — — — Datum in Alta ripa, in festo beati Gregorii, Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XLI^o.

Wohlbriick I, 72. Ehrhard's Schles. Presbyterologie III, II, 373.

VIII. Heinrich, Bischof von Lebus, bestätigt und überläßt dem Templerorden Zehnthebungen bei Liegen und stiftet ein von dem Orden zu verleiendes Canonicat bei seiner Cathedralkirche, im Jahre 1244.

Nos Henricus, dei gracia Lubucensis episcopus — — notum esse volumus — — quod nos de communi consensu Fratrum nostri Capituli terre sancte Jherosolimitane fratribusque militie Templi decimas Trescentorum mansorum, quas antecessor noster in noua curia, que apud Iesniz sita est, contulerat, confirmamus, quinquagintorum mansorum decimas addentes pro nostra nostrorumque salute concanonicorum. Igitur pio moti affectu circa lubucensem ecclesiam fratres templi eidem ecclesie canonicum nouum ordinarunt, hanc prebendam tam ecclesie, quam eidem Canonico deputantes Capellam, que in villa Iesniz est, cum suis pertinentiis, decimas quoque mansorum feudalium in villa Iesniz et in Henrikestorp, in Tempelberge et in Marquardestorp contulerunt jugiter percepturas. Ad fratrum itaque reuerentiam de nostro huic prebende decimas ville wirbeke tradimus ac donamus. Addimus preterea quinquagintorum mansorum decimas feudales, quos supra trescentos mansos confert ducis benignitas ac largitur. Statuimus quoque, vt si prebende generaliter fuerint in redditibus emendate, hec noua prebenda cum ceteris fortiatur consimilem portionem. Uerum quia fratres militie templi tanta circa Ecclesiam nostram exercent opera caritatis, pium censemus, vt apud ipsos exerceamus studia largitatis. Inde est quod nos dilecto fratri Geuehardo, preceptori domorum militie Templi per Alemanniam, suisque successoribus de consensu Capituli nostri, hac in prebenda ius concedimus perpetuum porrigendi, ita tamen vt Canonicum competentem ecclesie prebenda vacante instituant Deo et ecclesie lubucensi fideliter seruiturum. Vt autem etc. — Acta sunt autem hec anno gratie Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Quarto, pontificatus uero nostri anno vndecimo, presentibus testibus, quorum sunt hec nomina: Prepositus Gerlaus, Decanus Wolferammus, Scolasticus Nycolaus, frater suus magister Boruta, Ludoldus, Johannes, Conradus et Conradus, Canonici, Hermannus, Templarior. Canonicus, Henricus, sacerdos et frater templi. Laici Castellanus lubucensis Pribizlaus, Ibidem tribunus Zstoigneuus, Comes Ilik et alii quam plures.

Wohlbriick I, 70.

IX. Graf Magnus von Anhalt, Domprobst zu Lebus, verzichtet auf die Zehnthebung aus den im Lande Sagan neugegründeten Dörfern, am 1. Juni 1251.

Nos Magnus, dei gratia prepositus lubucensis, Comes iunior de Hanhalt, intendens pacifice vivere cum venerabili patre episcopo Wratiflauiensi et ecclesia sua — — protestamur, quod contentus veteribus decimis de districtu Zaganienfi, que collate fuerunt olim per Episcopum Wratiflauiensem Lubucensi prepositure et quas nostri antecessores perceperunt, de novalibus omnium villarum, que in eodem districtu postea sunt locate, nolumus nos immiscere, nec aliquam super hoc Wratiflauiensi episcopo vel ecclesie facere questionem. Datum Anno domini M^o. CC^o. LI^o., kal. Junii.

Wohlfbrück I, 83.

X. Erzbischof Wilbrand von Magdeburg schließt einen Vergleich mit dem Bischofe von Lebus über die Zehnten im Lande Lebus und die Orte Seelow, Wuhden, Drossen, Göritz und Bolescowitz, am 7. März 1252, angenommen von dem Bischofe Wilhelm von Lebus am 24. April 1252.

Nos Willelmus, dei gracia episcopus Lubucensis, pro nobis et successoribus nostris recognoscimus et presentibus protestamur, quod nos irrefragabiliter omnia seruabimus, que in privilegio continentur, quod nobis et successoribus nostris pro se suisque successoribus dominus noster Wilbrandus archiepiscopus tradidit in hac forma. Wilbrandus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, omnibus in perpetuum. Quanto nobis ad episcopum Lubufanum et ecclesiam suam maior familiaritas est et fauor, tanto magis verborum pariter et factorum effectu volumus omnia providere, que familiaritatis possunt esse turbatio et fauoris. Sane cum nos venerabilem in Christo dominum Willelmum, episcopum Lubufanum, ad pontificalis nominis dignitatem omni quo potuimus deuotionis studio domino promouimus annuente, ut dilectionis germen, quod sinceritatis exhibitio seminavit, hinc inde inter nos et successores nostros et ipsum successoresque suos episcopos Lubufanos fructus multiplicis referat incrementum et nulla litigiose possit oriri materia questionis, Jus quod de nostro, Capituli nostri, nec non et ipsius domini Lubufani consensu ipsi et sui successores habebunt in theloneo, moneta et decima partis illius, que nos facta cum Brandenburgensibus marchionibus terre diuisione, continget presentibus declarantes recognoscimus, quod assignauimus sibi partem decimam lucri, thelonei et monete cum suis attinentiis et quod sibi dabitur annuatim nomine decime dimidius tertio argenti Magdeburgensis de unoquoque manso flammigo: verum quam diu durabit gracia libertatis, quam habebunt illi, qui recipient se sub nobis et terram incultam perducent ad fructum, volumus, quod aliquot mensure de mansis singulis secundum quod nobis visum fuerit in recognitionem decime sibi dentur. Insuper

volumus ut in omnibus bonis ecclesie Lubufane secundum, quod ipsa habuit ab antiquo, et villis Zelou, Bodin et ciuitate forensi Ofna cum atinenciis suis Goriza et Boleseouiz et aliis utilitatibus tam in mellificiis quam piscacionibus et venationibus habeat omnimodam libertatem ita quod nullus nostrorum iudicium aliquomodo se de hiis intrmittere vel iudicare presumat. Hanc etiam nostram ordinationem, si Brandenburgenses marchiones tenere in parte sua secundum promissum suum voluerint, placet nobis. Alioquin dominus Lubufanus episcopus adiutorio nostro ius commune requiret ab ipsis. Ceterum promittimus pro nobis et nostris successoribus, quod nulli aliquid de bonis ecclesie nostre in districtu Lubufano donabimus vel in feudum concedemus, nisi promittat presatam ordinationem attendere et seruare, et ut hec ordinatio perpetua sit et nullis vnquam temporibus immutetur ipsam conscribi fecimus et sigilli nostri, capituli nostri munimine roborari. Datum Magdeburg, Anno graciae M^o. CC^o. quinquagesimo secundo, Nonas Marci, pontificatus nostri anno XVII. Et quoniam dominus noster et capitulum suum super obseruacione dictorum nos et successores nostros securos fecerunt litteris et sigillis, Nos etiam versa vice ipsos certos facimus hiis nostris litteris et sigillo. Datum Magdeburg, anno domini M^o. CC^o. LII^o., in die Sancti Gregorii.

Original im Provinzial-Archive zu Magdeburg. Gercken's Cober I, 39.

XI. Erzbischof Wilbrand von Magdeburg vergleicht sich mit dem Kloster zu Naumburg am Bober über dessen Besitzungen im Lande Lebus, am 22. Februar 1253.

Wilbrandus, dei gracia S. Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, — inter Nos et Conuentum Canonicorum Nuwenburg — super bonis quibus in terra lubus se ius habere dicebant, concordatum est hoc modo, Quod nos cum sexaginta tribus mansis et omnibus atinenciis, pascuis, aquis, pratis, cultis pariter et incultis cum Molendinis et Ecclesie patronatu ac vniuersaliter commodis vniuersis nobis et ecclesie nostre villam Didikrsdorf retinemus et ipsis Centum sexaginta septem mansos dimittimus perpetuo possidendos, et Curiam Waryne, quam habent in spacio eorundem centum sexaginta septem mansorum, Ita quod in villis quas iam edificauerunt et edificabunt ibidem nichil iuris obtinebimus, nisi quod eorum villici, qui volgariter iudices nominantur, de nobis uel si presentes non sumus de Aduocato nostro in lubus iurisdictionem recipiant iudicandi et statim, cum villani a nobis uel ab Aduocato requirunt, ipsis iurisdictionem illam sine denariis et sine cuiuslibet exactione muneris concedemus. — — Datum Magdeburg. —, Anno domini millesimo ducentesimo LIII, VIII kal. Marci, Pontificatus nostri anno XVIII^o.

Wohlfbrück I, 177.

XII. Paps Innocenz IV. trägt dem Bischofe von Havelberg auf, die Abtretung der Zehnten gegen bestimmte Geldhebungen, welche der Bischof von Lebus an die Markgrafen von Brandenburg vorgenommen, zu untersuchen und nach Befinden zu bestätigen, am 2. Mai 1253.

Innocentius IV. etc., Episcopo Auelbergenfi. Dilecti filii, nobiles viri, Joannes et Otto, Marchiones Brandeburgenfes, nobis significare curarunt, quod Venerabilis frater noster Episcopus et dilecti filii Capitulum Lubufenfe, quasdam decimas ad Ecclesiam Lubucensem spectantes pro certa pecunie quantitate, ab iisdem Marchionibus ipsis Episcopo et Capitulo annis singulis perfoluenda, perpetuo concesserunt ad formam, prout in litteris exinde coniectis dicitur plenius contineri; Quare dicti Marchiones concessionem huiusmodi apostolico roborari munimine humiliter petierunt. De tua itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes mandamus, quatinus auctoritate nostra per te uel alium super hiis ita prouideas, uel ordines inter partes, quod earum in hac parte uoto et commodo satisfiat, prout secundum Deum uideris expedire, et quod ordinatum fuerit uel prouisum statuas inuiolabiliter obseruandum, Contradictores etc. Non obstante si aliquibus sit indultum, quod excommunicari, suspendi uel interdicti non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum a fifij, VI. Nonas May, anno Decimo.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geh. Archive. Epist. Innoc. IV. Ann. X., Ep. 652, II.

XIII. Erzbischof Rudolph von Magdeburg vergleicht sich mit dem Tempelorden über dessen im Lande Lebus dießseits der Oder gelegene Güter, am 3. Mai 1253.

Rudolfus, dei gratia sancte Magdeburgenfis ecclesie electus totumque eiusdem ecclesie capitulum — — recognoscimus — — quod omnia que uenerabilis pater dominus Conradus, Misnenfis episcopus, super diffensione, que super bonis in terra lubus citra oderam inter nos et fratres militie templi fuit, est arbitratus, statuit uel precepit, compleuimus bona fide et irrefragabiliter perpetuo uolumus et promissimus obseruare. Et ut ipsis fratribus et omnibus eorum posteris eo certior fides fiat, ipsos munimus his nostris litteris sigillorum nostrorum munimine roboratis. Insuper testes sunt canonici maioris ecclesie Albertus, prepositus etc. — — Fratres militie empli Magister Henricus, frater Johannes de Zopolowe, frater Tiderus, frater Widekinus, frater Sifridus de Anvorde, frater Gerardus de Rene, Henricus de Richowe, Aduocatus in Lubus, Ericus de Borch et alii quam plures. Datum Magdeburg, Anno gratie M°. CC°. Quinquagesimo Tercio, quinto nonas May.

Wohlbriick I, 180.

XIV. Bischof Wilhelm von Lebus bestimmt die Verfassung des seinem Bisthume gehörigen Dorfes Schleife in Schlessen, am 1. Juni 1260.

Nouerint vniuersi presentem litteram inspecturi, quod nos Wilhelmus, dei gratia episcopus lubucensis, villam nostram Slizow, cuius decima pertinet ad ecclesiam eiusdem ville manipulatim in campis, ab eo tempore cuius memoria non existit, dedimus Jure thetunico locandam sub tali forma, quod dum durauerit gratia libertatis, que incolis eiusdem ville est concessa, ipsi dent plebano, qui pro tempore fuerit, marcam et dimidiam vsualis argenti singulis annis, nomine decimarum, libertate vero expirante plebanus eiusdem ecclesie de quadraginta duobus mansis flaminicis, quos habet ipsa villa, percipiet medietatem census et dimidietatem decime equa lance, videlicet de quolibet manso vnum fertonem argenti, duas mensuras tritici et quatuor siliginis et VI auene, que vniuersa plebanus potestate seculari per receptorem pignorum, sicuti et nos, potest libere extorquere, preterquam de mansis liberis, quos scultetus locationis nomine dinoscitur possidere, de quibus tantum ad solutionem missalis annone annis singulis est astrictus. Preterea XXXVI mansos alios ab illis quadraginta duobus prescriptis liberos, decimas de curie nostre agris de omnibus frugibus et dimidiam marcam de taberna ad dotem eiusdem ecclesie recognoscimus pertinere, que scilicet cum singulis suprascriptis sub sigilli nostri munimine presentes scripti patrocinio confirmamus. Datum et actum Slifow, et dimidiam Slifow, coram curie nostre capellanis domino Thoma, domino Henrico, canonicis lubucensis, Conrado, notario nostro, et aliis multis. Anno domini Milleesimo ducentesimo LX^o., kalendas Junii.

Wohlbrück I, 132.

XV. Wladislaus, Erzbischof von Salzburg und Herzog von Schlessen, bestätigt dem Kloster Heinrichau das demselben vom Bischof Wilhelm von Lebus geschenkte Dorf Wadochowitz, im Jahre 1268.

In nomine domini amen. Nos Wlodizlaus, dei gracia archiepiscopus Salzburgerensis, dux Slesie, notum facimus omnibus presentem litteram inspecturis, quod cum venerabilis pater, dominus Wilhelmus, Lubucensis episcopus, villam Wadochowiz a fratre nostro pie memorie duce Henrico et a nobis iusto titulo et in perpetuam possessionem pro centum et decem marcis argenti emerit, idem episcopus zelo deuotionis accensus pro salute anime sue et nostrorum remedio peccatorum eandem uillam donauit monasterio sancte Marie uirginis in Heinrichowe, sibi temporibus uite sue in ea usum fructuum referuando, quam donationem ratam et incommutabilem nostrum quantum in nobis est adhibentes consensum uolumus obseruari. In cuius rei perpetuam memoriam presentem litteram nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Wratizlauia, anno domini M^o. CC^o. LXVIII^o., presentibus magistro Petro, notario nostro,

Henrico, canonico Wratizlauiensi, domino Elia, curie nostre capellano, comite Thimone, iudice curie, magistro Paulo, physico, et pluribus aliis.

Aus dem Liber foundationis claustris sancte Marie virginis in Heinrichow, ed. Stenzel.

XVI. Die Markgrafen Otto und Albert erneuern die Stiftungs-Urkunde der Stadt Müllrose, am 15. April 1275.

In nomine Domini amen. Quoniam omnium habere memoriam et in nullo peccare, magis est diuinitatis, quam humanitatis, eo quod diuine res permanentes sint et in suo statu sistunt humani generis conditio semper in futurum sive in infinitum decurrit, nec est quod in ea stare possit perpetuo, nisi firmetur uocibus Testium ac testimonio literarum. Inde est quod nos Otto et Albertus, Dei gratia marchiones Brandenburgenses, vniuersis presens scriptam uisuris in perpetuum notum facimus literas per presentes, quod Ciuitatem nostram Molrasen nolentes deteriorare nec vetera iura sua infringere, imo magis et potius adaugere et conseruare, eam volumus in eo iure, quo felicis recordationis Pater noster Otto, quondam Marchio Brandenburgensis in prima ipsius fundacione exposuit et dotauit, Ei ius berlinense donando, in quo eam uolumus conseruare, nec non dicte ciuitati Molrasen, idem ius tradimus liberaliter ac donamus, ut cum burgenfibus ipsius Ciuitatis necesse fuerit, Berlin vadant ac ibi Jus suum asserant, quemadmodum actenus conseruerunt. Jacent autem ad sepedictam Ciuitatem centum et quatuordecim mansi, quorum sexaginta quatuor mansi ad agros et ligna sunt finaliter deputati, Reliqui uero quinquaginta sunt ad pascua numerati. De sexaginta quatuor mansis ad agros et ligna spectantibus, quatuor mansi ad ecclesiam pertinent et ad Scultetum Ciuitatis dictum Wilhelmum Hafe mansi uiginti quatuor fundacionis nomine sive situs, Reliquorum uero mansorum, ad agros et ligna deputatorum, quilibet mansus census nomine nobis soluet tres solidos annuatim. Item in stagnis Molrasen uidelicet wicegast et Melne ciuibus dicte ciuitatis cuiuslibet generis piscationem indulgemus, preterquam maioris retis, quod Nyewede in vulgari uocatur, quod nostro vsui decreuimus reservandum. Pretera ciuitati sepedicte forense thelonium, quod uulgariter marktolln nuncupatur, liberaliter sit indultum. Insuper Scultetus ciuitatis de Judiciis ac censu arearum tertium denarium habeat inconvulsa, ac de molendino sito in ciuitate Molrasen eorum et dimidium pheodaliter, nobis in eodem molendino tribus choris annuatim solventibus nichilominus reservatis. Ceterum de his Molendinis, scilicet Slubenmoln, Nyenmoln et Friemmoln, hereditates debebunt coram dicte ciuitatis iudice resignari. Volentes nichilominus ut ciuibus memorate ciuitatis in negotiationibus suis, quemadmodum aliarum ciuitatum nostrarum ciuibus remaneant omnia Jura salva. Ut igitur predicta omnia per nos nostrosque heredes seu successores in perpetuum firma et inuolabilia permaneant, nec alicui processu temporis quoad premissa tribuatur materia malignandi, Presentem paginam inde et de certa nostra conscientia conscriptam sigillorum nostrorum appensionibus fecimus roborari. Adhibitis nichilominus testibus infra scriptis ut honestis militibus nostris uidelicet Theodorico de torgow, Henrico de wudenswege, Hermanno de Carpzowe, Arnoldo

Wegero, Buruth, Henrico de Sydow, Gerharde de Stauenow et aliis quamplurimis fide dignis. Actum et datum Spandow, anno gracie millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, XVII kalend. Mai.

Nach dem Original, das sich noch im Besitze der Stadt befindet. Es ist zugleich das einzige Document, welches die Stadt noch urchriftlich besitzt. Angeheftet sind derselben eine Bestätigung dieser Urkunde von dem Jahre 1700 in copia, conf. Grund- und Lagerbuch der Stadt Müllrose in der städtischen Registratur.

XVII. Vergleich zwischen dem Erzstifte Magdeburg und dem Bisthume Lebus über die Verlegung des Bisthumes an einen andern Ort und verschiedene Gegenstände, vom 21. März 1276.

Conradus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, vniuersis presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Cum nostre sollicitudinis est et cure lites restringere operam paci dare fluitantes etiam stabilire colligendo dispersos ac deuos ab inuio salubriter reuocando; Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod dispersioni Lubucensis ecclesie Canonicorum ac fluitationi sedis ejusdem consulere cupientes post diuersos tractatus, cum venerabili Domino Lubucensi episcopo suoque Capitulo habitos, cum ipsis de consensu nostri Capituli concordauimus in articulis in quibus discordia fuit mota sequentibus juxta modum inferius annotatum. Dominus Willelmus Lubufanus Episcopus, suumque capitulum promiserunt obligantes se nobis fidei datione, quod suam sedem ibi locare debeant cathedralem et Canonici perpetuam ibi similiter facere residentiam, ubi illam et illos in nostro dominio duxerimus statuendos, Domini Lubucensis Episcopi consilio super hoc nichilominus requisito. Ut autem in residentie sue loco Canonici tranquillam et conuenientem sibi teneant mansionem tam in emunitatibus quam priuilegiis libertatibus ecclesiasticis ac commoditatibus atque ceteris circumstantiis seu conditionibus compromissimus nos pro nobis et nostra ecclesia et Venerabilis Dominus Lubufanus Episcopus similiter pro se et pro sua compromisit ecclesia in quatuor arbitros seu arbitratore seu amicabile compositores. Nos quidem in Borchardum curie nostre Camerarium et in Magistrum Ritzerum ecclesie nostre Scolasticum, ipse vero Dominus Willelmus, Lubufanus Episcopus, in Conradum Archidiaconum Lubufanum et in fratrem Siffridum de Quartzan, quorum ordinationibus super premissis fuerit standum, quibus et nos de expresso consensu ejusdem Domini Episcopi sui que Capituli sumus adjuncti, ut si concordare nequiverint dicti arbitri seu arbitratore seu compositores amicabile prout nos ex tunc inde ordinavimus nostra sententia teneantur. De secundo quoque lotone petito ratione decime ac de decima vini theolonei carnium et monete in nos et in predictos quatuor est sub forma consimili compromissum. Insuper si aliquis ordinatorum dictorum decefferit vel haberi non posset, alius loco ejus debet substitui infra mensem computando a tempore quo de hoc facta fuerit monitio nobis vel Domino Episcopo Lubufano. Preterea Dominus Willelmus Lubufanus nomine suo et sue ecclesie sponte recognouit et publice nos et Magdeburgensem Archiepiscopum, qui pro tempore fuerit, verum esse patronum prepositure

Lubufane et quemcunque de gremio nostre ecclesie ad illam presentauerimus ipse debeat inuestire. Nos Willelmus, dei gratia Lubucensis Episcopus, recognoscimus nos premisso interuisse tractatu eique liberaliter consensisse. Huic itaque litere sigillum nostrum et nostri capituli apponi procuravimus sigillis venerabilis patris ac domini Conradi, Magdeburgensis Archiepiscopi et sui Capituli in euidentis testimonium roborare. Testes ex parte nostra Archiepiscopi sunt Burchardus, curie nostre Camerarius, Guntherus, vice Dominus, Siffridus, Cantor, Ritzerus, Scholasticus, nostre ecclesie Canonici. Item frater Burchardus, lector fratrum predicatorum, et frater Henricus, lector fratrum minorum in Magdeburg. Item Walterus, vir nobilis de Barboi, Gumpertus et Richardus de Alsleue, milites. Ex parte vero Domini Lubucensis Episcopi Dominus Johannes, Decanus, Conradus, Archidiaconus, Arnoldus, Scholasticus, Conradus de Strele, Magister, Johannes de Nendorp, Thomas, Custos, et Lampertus, Canonici Lubucenses. Actum Magdeburg, Anno domini M^o. CC^o. LXX^o. sexto, duodecimo Kal. Aprilis.

Nach Gercken's Codex IV, 443. Buchholz IV, 104.

XVIII. Bischof Wilhelm von Lebus mit seinem Kapitel verpflichtet sich, seine Stadt Seelow nicht zum Nachtheil und ohne Consens der Magdeburgischen Kirche zu veräußern, am 15. März 1278.

Nos wilhelmus, dei gracia Lubucensis Episcopus, vna cum (sic) Capitulo tenore presentium protestamur, quod opidum nostrum Selowe non alienabimus a nobis in preiudicium Ecclesie Magdeburgensis ac sine consensu eiusdem. In cuius rei testimonium presentem notulam nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri. Datum Magdeburg, idus Marcii, Anno domini M^o. CC^o. LXXVIII^o.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

XIX. Herzog Leszek von Krakau, Sandomir und Sieradz ertheilt den Unterthanen des Bisthumes Lebus im Dpatow'schen und in seinen übrigen Gebieten einen Freibrief von Abgaben und Diensten jeder Art, am 12. Mai 1282.

In nomine Domini Amen. Noverint vniuersi presentem literam inspecturi, quod Nos Leszko, Dei gratia Dux Crac., Sand. et Siradie, Venerabilis in Christo Patris Domini Wilhelmi, Episcopi Lubucensis, monicionibus assiduis ac iustis precibus inclinati, hominibus dicte Ecclesie

tam liberis quam ascriptiis in Oppathow et Mamna et villis eisdem locis adjacentibus aut extra dicta loca sitis, tamen ad Ecclesiam Lubucensem pertinentibus, Oppathow cum villis sequentibus, videlicet Czirnicksow, Jurkonitz, Vmare, Jalorans, Lantzus, Bistopitz, Bukonen, Trustules, Crafiaw, cum magno gayo Numenitz, Ruftaw, Sochzin, Crakononitz, Porndze, Nitelitzko cum magna Silva et pratis, Mamna vero cum hiis villis Stritzanitz, Czirsnonoyos, Snackonitz, Znolawianitz, Grakortzitz et Garbatz, Item in Soltzitz in una Area cum integra sorte, In Defemlironitz in duabus areis et duabus plenis fortibus, In Karnone in una Area cum plena sorte, In Maltzino in duabus areis et duabus fortibus, In Sliptane in una Area et una forte; In Terra Lublinensi, In Bistopitz prope Tarnaw cum suis pertinentiis, In Terra Cracoviensi in Prezebetzam cum agris, gayis, aquis, pratis et aliis pertinentiis, In Frozefer ac Dobrawoda cum Silvis, Pratis, aquis ac alijs utilitatibus univcrsis, In naulo etiam super Nydam, cum utroque littere ac cum taberna ibidem, agris, pratis, aquis ac alijs pertinentiis, Item in Kunitz cum districtu suo, mellificiis et magna Silva, que habet Limites suos cum Glinik, Brenstkw, Zagortzitz, Wirdzano, Czudza, Dobrzegow, Tilkonitz, Kofegow, Klytze, Item in Kroffen versus Rufiam cum omnibus suis pertinentiis, talem gratiam duximus faciendam, quod ex nunc damus et donamus predicto Episcopo atque suis successoribus ac Ecclesie sue Lubucensi ob spem et gratiam divine Renumeracionis in omnibus bonis ac prediis suis, ubicunque in nostro Dominio sitis, plenam et largam in perpetuum libertatem, In Oppathow vero Thelonium vel Theolonia, que nunc sunt aut esse poterunt in futurum, Jus Targove et Jus Judicii aut quodcunque Jus habemus aut habere possemus in Oppathow vel in omnibus bonis Ecclesie Lubucensis, Episcopo et Ecclesie predictae omnia et singula liberaliter condonamus, adycientes, quod Episcopus Lubucensis, qui pro tempore fuerit, poterit in Oppathow aut ubicunque in Bonis sue Ecclesie in nostris Dominiis sitis Castra, Civitates plantare, erigere et firmare et Jure Theutonico omnia bona sua locare licite et informare. Absolvimus etiam omnes Incolas dictorum Bonorum et ipsa Bona ab omnibus angariis et parangariis, de Poradne et quibuscunque exactionibus et ab omnibus serviciis, quibus nostre Curie nostroque Dominio alitrici tenebantur, quibuscunque nominibus et vocabulis censentur vel nuncupantur, videlicet A naraz, a vanor, A perfenod, A strofa, a stau, a Sobol, a castore ac a Solucione mellis, quod dicitur Czassa vulgariter, Latine vero cibus, a Bove, a vacca, ab opele. Preterea homines sepédicte Ecclesie Lubucensis nec ad castra nostra citabuntur, nec ad expeditiones vel castrorum, Civitatum aut Pontium edificationes per Nos vel per Nostros ire compellentur, sed pro gentilium insultu ad terre nostre defensionem ire modis omnibus tenebuntur. Ceterum Falconarii nostri, Braxatores, piscatores, venatores, pistores, Castrorum captores, equi nostri et ipsorum custodes et alii officiales nostri, quocunque nomine et officio censeantur in dicte Ecclesie Bonis atque villis pro nobis nullam facient stationem, in transitu liquidem nostro per milites vel officiales nostros, nec fenum, nec pabulum neque vacce, neque solutiones alie aut aliqua necessaria per violentiam requirentur nec solventur: Insuper nullum conductum servilem facient Homines Episcopi et Ecclesie memorate in nostris Dominiis constituti. Item homines sepe dicte Ecclesie Lubucensis nec nostro, nec alicujus Palentini, Castellani, nec alicujus Baronum nostrorum judiciis altare tenebuntur, preterquam solius Domini Episcopi memorati in omni causa vel eius cuicunque idem Episcopus sua duxerit judicia comittenda, nec solvent penam capitis quotienscunque aliquis in terminis sepe dictorum Bonorum quacunque morte inventus fuerit mortuus vel occisus. Idem vero Episcopus sui que successores per se et per suos habebunt omnimodam potestatem in dictis Bonis venandi feras quascunque, necnon oportunis

temporibus largam licentiam in Bonis nostris et Silvis; Item Episcopus Lubucensis, qui pro tempore fuerit et ipsa Ecclesia Lubucensis gaudebunt et gaudere debent in omnibus bonis suis et prediis pleno Dominio, Silvis, Lignis, Nemoribus, Venationibus, Aquis, Paludibus, Piscationibus, Pratis, Pascuis ac aliis utilitatibus univcrsis, Decimarum perceptione, privilegio et omnimoda libertate, quibus alii Episcopi Provincie Polonie in Bonis eorum et Prediis gaudent et fruuntur. Libertatem Itaque et Donationes prescriptas non solum in Territoriis sepe dictis, sed in omnibus Bonis atque villis Lubucensis Ecclesie in Cracoviensi et Sand. Terris ac aliis quibuscunque Dominiis nostris constitutis, Eidem damus Ecclesie in perpetuum duraturas et autoritate presentium confirmamus. In cuius rei testimonium presentes literas fieri iussimus nostri appensione Sigilli munitas. Acta sunt hec anno Domini M^o. CC^o. LXXXII^o. Indictione decima, presentibus hiis venerabili Patre Domino Paulo, Episcopo Cracoviensi, Comite Warfio, Castellano Cracoviensi, Comite Segora, Palatino Cracoviensi, Domino Nicolao, Archidiacono Cracoviensi, Domino Procopio, Cancellario nostro, Comite Sullone, Castellano Wyflicienfi, Comite Petro, Castellano de Malegoff, Comite Martino de Breyft et aliis multis. Datum Cracouie, III Idus May.

Aus einem Transsumte in der Bestätigung vom Jahre 1305, Nr. XXV.

XX. Die Markgrafen Otto und Otto der Jüngere bestätigen der Stadt Fürstenwalde ihre Grenzen, am 16. April 1285,

vom Bischof Wenzlaw von Lebus transsumirt am 11. Oktober 1377.

Nos Wenceslaus, Dei gratia Episcopus Lubucensis, ad univcrorum notitiam cupimus pervenire, quod fideles nostri Heinricus Kaufmann et Petrus Belkow, Cives in Fürstenwalde, ad nostram venientes presentiam nomine totius Universitatis ibidem in Fürstenwalde, nobis unum Privilegium vetustate consumendum, legibile tamen, exhibuerunt, petentes, antequam dictum Privilegium in totum vetustate consumeretur, quatenus dictum Privilegium transsumi et transsumptum nostro sigillo roborari dignaremur. Dictum vero Privilegium duobus sigillis de cere communi fuit sigillatum. Et in medio sigilli una Imago virom armatum representans apparebat, tenens in sinistra manu unum clypeum, in quo Aquila expassis alis intuentibus apparebat, in dextra vero manu unum vexillum tenebat, in quo similiter Aquila expassis alis apparebat: litere vero dicto sigillo circumferentiales legebantur: S. Ottonis, dei gratia Marchionis Brandenburgensis, In secundi vero sigilli medio similiter imago virum armatum representans apparebat, tenens in sinistra manu Clypeum, in quo Aquila expassis alis apparebat, in dextra manu tenens vexillum in quo similiter Aquila expassis alis apparebat, et litere circumferentiales in dicto sigillo legebantur: S. Ottonis junioris, Dei gratia Marchionis Brandenburgensis. Tenor vero dicti privilegii sequitur in hec verba propria: In nomine Domini Amen. Cum in humanis dispositionibus nihil ad summe soliditatis culmen pervenire valeat, sed semper de hominum gestis quamvis rationabilibus, tanquam de navi, que sub serenitatis tempore fluctuum periculis est exposita, calumniarum tempestates timeri oporteat, necesse est ea, que ex Principum ordinatione pio processerunt circa suorum commoda subditorum, ne vetustate temporis oblivionis nebulis obsuscantur, re-

novationis antidoto medicari, ut ipsa que ventura sunt vultu innovationis assumpto juvenescant et in agnitionis lucem se erigant clariorem. Hinc est quod Nos Otto et Otto junior, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, istius tenore pagine notum fieri cupimus universis, quod nos ambo parificatione consensus et voluntate unanimi, civitatem nostram Fürstenwalde, que jacet super fluvium, qui vocatur Spree, et homines ipsius Civitatis in omnibus juribus et districtibus eorum, sicut ab antiqua plantatione fuit fondata, ab omnibus ipsam impulsantibus volumus tueri et inviolabiliter observari. Hec sunt divisiones, que quatuor partes Marchie dicuntur, ubi districtus predictæ Civitatis terminantur Videlicet de via, que in vulgari dicitur ein tamm, que est sita prefate Civitati ascendendo usque in Unfalde, de Unfalde usque in flumen, quod de lacu Tribus procedit, quod dicitur eine Lake, que est vicinior Unfalde, de dicta Lacka medietas ipsius usque in Lacum Tribus nomine et lacus Tribus ex toto fuit Civitati memorate et pratum ex utraque parte dicti Lacus simili modo, de lacu Tribus usque ad arborem, que ein Mahlbaum dicitur illorum de Berenwalde ascendendo, de eodem Mahlbaum usque ad arborem ville Bucholtz, de arbore in Bucholtz usque ad arbores duas in Neuindorf, De eisdem arboribus usque ad altum palus, quod ex toto cedit Civitati, pratum, quod Senzee appellatur, simili modo ex toto usque in aquam Birckenbrücke, mericam de Birckenbrücke ex altera parte aque Spree usque ad Tamm Civitatis redeundo, De Tamm Civitatis ex altera parte aque Spree viam antiquam in Ruwen usque ad montem Ruwen die hängende Berge in vulgo Ruwen usque ad magnum lapidem, qui iacet circa viam Sprewenhaine, De magno lapide viam antiquam in Spreenbaine usque ad Vülenbrücke paludem, que in vulgo ein Bruch dicitur in parte inferiori in Vülenbrücke usque ad Criblake, de Criblake descendendo usque in Aquam Spree. Hec sunt igitur mete, in quibus quatuor partes Marchie sunt notate predictæ Civitatis, que ad ipsam dinoscuntur Spectare, sicut superius est expressum. Et ne ulli dubium exoriri valeat, presentem paginam desuper conscriptam eisdem civibus dicte Civitatis in testimonium dedimus, nostrorum sigillorum appensione roboratam. Datum in Melratze, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, feria secunda maxime post Tiburtii et Valeriani martyrum beatorum, Testibus subnotatis: Domino Hermanno Botelone et Domino Baruth et pluribus aliis fide dignis. Nos vero Wenceslaus, Episcopus supra dictus, iustis precibus dictorum Civium annuentes, dictum Privilegium diligenter legimus et perspeximus et transumi et exemplari fecimus, decretum et auctoritatem nostram ordinariam interponentes, volentes quoque, quod prefens transumptum in iudicio et extra sicut Originale privilegium plenariam fidem et probationem facere valeat atque possit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in castro nostro Lubus, XI die mensis Octobris, anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, presentibus Honorabilibus et discretis Viris Dominis Thoma de Bythan, Canonico Legnizensis Ecclesie collegiate, Nenker, plebano in Sloyn, Gregorio, Vicario Legnizensi Capellano nostro, et Ulrico de Spira, Notario nostro et aliis pluribus fide dignis.

Nach einer Copie der Joachimsthal'schen Schulbibliothek und Beckmann's Bischofthum Lubus, S. 33.

XXI. Dieselbe Grenzbestimmung bestätigt vom Kurfürsten Friedrich, am 27. Januar 1448.

Wir friderich, von gots gnaden Marggraue zu Brandenburg etc., Bekennen — das vor vns kommen sind vnserer lieben getreuwen vnd vndertan, Borgermeistern, ratmann, die Burger gemeynlich vnd Inwanere der stad furstenwalde vnd vns fleissiglichen gebeten haben, In yre alte Grenntzen, Margscheidungen vnd heidengerechtigkeith, So denn dy die hochgebornen fursten vnserer vorfaren seligen herre otte vnd otte der Junger, gebrudern, Marggrauen czu Brandenburg vor lange czyt verschriben, In die auch gnedlichen bestetiget vnd In eynem latynischen brieff, der denn vmb besser nachwyfung eyns iglichen vnd redelicher vernemunge willen In dewtzh hirnach gefaczt wurden ist, haben gegeben, Nu von Nuwes auch geruchten czu confirmiren vnd czu bestetigen, vnd der brieff also lautet vnd Inneholt:

In dem namen des heren amen. Nach dem male, das nach menschlicher schickung nicht komen mag czu der hoge der hogesten festung, Sundern man muß czu allen geczeyten forchten von der menschlichen tete, ob sie wol reddelichen sin, als von eynen schiffe, das In lauther czyt ist außgefacz ferlichen der stoffe; So ist not, das man dingk, die von schickung gein den fursten vmb gemachsamkeit irer vnderfallen, das sie nicht von alder der czeit verfinstert werden, mit nebele der vergeßnung mit Büßen der vernyhung werden gebußet, vff das dingk, die alt sind, vernyget werden mit czunemunge antlaczs der vernyhung vnd richten sich auf ein clarer licht der bekentnisse. Hirvmb ist, das wir Otte vnd Otte der Jungerer, von gots gnaden Marggrauen, Begeren offenbar czu werden mit haldung differ schrift allen lewthen gemeynlichen, das wir beyde mit gleicher vulbort vnde In famen vnser Stat furstenwalde, die dar lytt vff dem fliesse, das die sprewe heysset, vnde die lewthe der Stat beschermen wollen vnd behalden vnuerwaldiget In allen iren rechten vnde lantfcheydungen vor allen, die sie anfechten, Also sie vor aldere gebuwet vnde gepflanczt ist. Dis sind dy scheydunge, die vierteyl heyszen der Marcke, dar dy lande der vorgenanten Stat wenden, dy wir vnczubrochen wollen haben, Alle von deme wege, der eyn Tham heysset, der da gemachet ist der vorgenanten Stat vffwart czu czyhene an das wasser bys gegen Berckenbrugke, vnde von demselben Thamme nyderwart bis czu der vnfalde, von der vnfalde bis in eyn flies, das dar get vff dem Sehe Trewufz, das dar eyne lake heisset, die dar ist allernehest der vnfalden, die helfste derselben laken bis in den Sehe Trewufz genant, vnd die Sehe Trewufz ist ganz der vorbedachten Stat mit beyden borten, mit der wesen des vorgnanten Sehes mit Beyden borten, vnde von deme Sehe bys czu eynem Maelboyme der von Bernfelde wffwart von demselben Malboyme bysz czu einem Boyme des dorffes Bucholcz, von deme Boyme czu Bucholcz Bysz czu czwen Boymen czu Nuendorff, von denselben Boymen bysz czu dem Berenbruche, das dar ganz gehoret czu der egenanten Stat mit der wese, die darvmb geet ganz mit beyden seyten, die ein sefste ist geheyszen, bysz in das wasser Berckenbrugke vnde die heyde von Berckenbrugke an der anderen seyten des wassers der Sprewe nyder czugehende bysz czu dem Thamme der Stat vnde von deme Thamme der Stat von der anderen seyten des wassers Sprewe den alden weck czu czyhende gegen Rauwen Bysz an den Berck Rauwen, von deme Rauwenischen wege bysz czu den hangenden Bergen, von den hangenden bergen bysz czu dem grossen steyne, der da lyt bey deme wege czu Sprewenhagen, von dem steine den alden weck gegen Sprewenhagen bysz czu der fulen Brucken mit dem ganzen bruche, das dar ist genant eyn leuch, von dem nyderen toyle

der fulen brugken bysz czu der tribelaken, von der tribelaken nederwarts bysz in die Sprewe, dis sind hirmmb die Mael vnd wege, In den die virteyl der Marcke findt gemercket vnde gezeychent der egnanten Stat, die dar czu der Stat gehoren, alle dar oben vß gesprochen ist, vnd nymande kein czweyuel darauß komen mag, So haben wir gegeben diessen gegenwertigen brieff, dar vber geschriben, denselben borgeren der vorgnanten Stat, Czu einem geczewgnisse bestettiget vnd beuestiget mit vnserem angehangenden Insygelen, Gegeben czur Melrose, in dem Jare vnser herren Thawfent Jar czweyhundert Jar in deme sunffe vnd Achtzigisten Jare, des Negsten Montags Nach Tyburcy vnd valeriani der heyligen merterer. Czu geczewge der Erbaren lewthe Er herrmann Botheloue vnd her Brandt vnd anderer Erbare lewte genug etc.

Vnde des haben wir angesehen Ire fleyslige Bete vnde auch von besunder gnade wegen vnde haben In solchen obingeschriben Brieff, den sie denn von vnseren obgnanten vorfaren seligen Marggraffen czu Brandenburg ober ire Grentze, heyden vnd margscheiden haben, Bestettiget vnde Confirmiret, Confirmiren vnd bestetigen in den brieff von nuwes mit Crafft vnde macht disses briues, sie getrewlich dar bey darczu sie recht haben czu hanthaben czu behalten vnde czu beleyben lassen, one allerleyge eintrag vnde on alles geuerde. Des czu einem waren vnkunde Geben wir In dissen brieff mit vnserem grossen angehangenden Insigel versigelt, der Geben ist czu furstenwolde, am Sonnabende Nach sand Pawelz tage Conuersionis Nach gots gebort vierzehenhundert Jar vnde darnach In dem Acht vnde vierzigisten Jare etc.

Nach dem Schurm. Lehnscopialbuche XX, 31.

XXII. Przemislav, Herzog von Polen, ertheilt den Untertanen des Bisthums
Lebus in seinen Landen Befreiung von allen Diensten und Abgaben,
am 28. Dezember 1287.

In nomine Domini Amen. Humani Generis Actiones memoria perpetua indigentes plerumque ab Hominum noticia dilabuntur, que scripturarum seu Testium munimine non renovantur. Igitur nos Secundus Premislaus, Dei gratia Dux Polonie, Notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, quod quanto nobis ad Venerabilem in Christo Patrem Dominum Cunrandum Episcopum et Ecclesiam Lubucensem major Dilectio est et favor, tanto majori Dilectionis et operum exhibitione ipfos condignis graciis et specialibus Libertatum muneribus attollere volumus et dotare. Sane cum Progenitores Nostri non sine zelo Divine Inspirationis ipsam Ecclesiam Lubucensem pro sua suorumque successorum salute ob reverentiam et honorem Beati Adalberti Martiris atque Pontificis Gloriosi fundaverint et Condignis hereditatibus et prediis dotaverint: Nos ipsorum devotis vestigiis inherendo cupientes tam pii facti ob spem et gratiam Divine remunerationis zelatores esse, conferimus venditionis jure siue titulo predicto Dno. Cunrado Venerabili Episcopo suisque successoribus et Ecclesie Lubucensi in omnibus bonis et prediis suis, ubique in nostro Dominio sitis, plenam et largam in perpetuum Libertatem, ita quidem in Kasimir vel alias ubi apertum situm habuerit,

locet villam sive civitatem forensam Ac alias villas Jure Theutonico, que Civitas atque ville cum Incolis eorum fruuntur et gaudent omnimoda Libertate et Privilegio, quo omnia predia et eorum Incole fruuntur et gaudent in Lubucensi Dyocesi constituti. Absolvimus etiam eos de Poradine et quibuslibet exactionibus et ab omnibus serviciis, quibus nostre Curie nostroque Dominio astricti tenebantur, quibuscunque nominibus vel vocabulis censentur vel etiam nuncupantur, videlicet a naras, a yonos, a prenod, a podiwrone, Seroza, Stan, Sokol, Castrone Ac a solucione mellis, quod dicitur Cfasa vulgariter, Latine vero Cifus, a bove a vacca, ab opole: Preterea homines sepe dicte Ecclesie Lubucensis nec ad castra nostra citabimus, nec ad Expeditiones ire, nisi pro terre nostre defensione moniti literis nostris specialibus, nec ad edificationem seu constructionem munitiorum, Castrorum, Civitatum et Pontium ullo modo tenebuntur. Nec solvent penam capitis secundum morem terre nostre, quotienscunque aliquis in terminis predictorum Ecclesie sepe dicte interfectus quacunque morte fuerit et occisus; Nec ejusdem Ecclesie homines per Nos, nec per palatinos, nec per Castellanos, Nec per Vlodarios, nec per aliquos Judices sive officiales nostros, quibuscunque nominibus censentur, quoquomodo judicabuntur, sed immediate per Dominum Episcopum Lubucensem, quicumque pro tempore fuerit, vel per eum cuicumque Idem Episcopus sua duxerit judicia committenda. Preterea idem Dominus Episcopus sui que successores in Bonis Ecclesie sepius memorate in nostro Dominio per se aut per suos habebunt omnimodam venacionem omnium ferarum, quemadmodum Lubucensis Ecclesia semper habuit ab antiquo; Et hec omnia promittimus pro nobis et nostris successoribus inviolabiter observanda. Ut autem omnia supra rationabiliter admissa vigorem perpetuum valeant obtinere, presentem paginam Nostri Sigilli ac Venerabilium in Christo Patrum Dominorum Jacobi sancte Gneznenfis Ecclesie Archiepiscopi, Johannis Poznaniensis Episcopi ac ipsorum Capitulorum munimine Sigillorum duximus confirmandam presentibus hys testibus, Venerabili Patre Domino Johanne Miseratione Divina Poznaniensi Episcopo, Domino Vincentio Cancellario Ducum Polonie et Preposito Poznaniensi, Comite Nicolao Palatino Kalisienfi, Petrone Castellano Poznaniensi, Gmenonum Judice Poznaniensi, Domino Thilone Preposito de Santok et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in Poznania, Anno Incarnationis Dominice M^o CC^o LXXXVII, per manus Lastonis Notarii Curie nostre, Indictione quintadecima, V^o. Kal. Januarii, In Die Sanctorum Innocentum.

Nach Beckmann's Bischofth. Lebus, Seite 9. und Luning's Spic. Eccles. II, 81.

XXIII. Erzbischof Erich beurfundet vier Dörfer im Lande Lebus an Reinhard von Strele zu Lehn gegeben zu haben, am 14. April 1288.

Ericus, Dei gratia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, omnibus has litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Recognoscimus tenore presentium protestantes, quod nos honesto militi Domino Reynardo dicto de Strele quatuor villas sitas in territorio Lubufano legitime contulimus in feudum, videlicet Hermanstorp, Egghardesdorp, Hafenvelde et Schonevelde cum omni jure et omnibus generaliter pertinentiis, que

nos habuisse dinoscuntur in eisdem. Ne igitur super hac collatione nostra rationabiliter et legitime facta cuiquam oriatur dubietas in futuro, presentem literam in testimonium dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes etiam hujus collationis sunt: Dominus Richardus de Alsleve dapifer, Dominus Heydeko de Nigrippe, Hildebrand de Ousfeld, Conradus de Belitz et Conradus Smuk et quam plures alii fide digni. Datum et actum Magdeburg anno Domini M. CC. LXXXVIII, in die sanctorum Martyrum Tiburtii et Valeriani.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche mspt. vol. 2. p. 181.

XXIV. Markgraf Otto verspricht dem Erzstifte Magdeburg, die von Strele auf Bitten des Landgrafen von Thüringen in die ihnen entzogenen Güter bei Müncheberg, bei Sternberg und Fürstenberg wiedereinzusetzen, am 14. August 1300.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et de Landesberg marchio, ad vniuersorum presentia intuentium noticiam volumus peruenire, Quod Illustris principis nostri consanguinei theoderici, junioris Thuringie lantgrauii, ac aliorum nostrorum amicorum, nec non amicorum friderici, Bernhaldi et Thimonis, fratrum de Strele, precibus inclinati, bona eorundem de Strele, ratione quorum ipsi contra nos multociens mouerunt questiones, sita circa Monchebergk, videlicet hermanstorph, Eggehartstorph, hassenuelde et Schonenuelde, necnon ducentos manfos sitos in Chorith circa Sternberge, quorum Centum et Quinquaginta iusto titulo pheodali et quinquaginta in pheodo castrensi, vnum quoque pratum dictum Tynkemantel situm circa vorstenbere, quod ipsi de Strele ab Ecclesia Magdeburgensi legitime possiderunt, prout per eosdem de Strele sufficienter coram nobis et multis aliis viris ydoneis est probatum, que quidem bona eisdem de Strele contra iusticiam abstulimus, iisdem bonis alios nostros vafallos inpheodando, promissimus et pro illustri principe fratre nostro dilecto Conrado de Brandenborch et de Landesberg marchione et pro suis iustis heredibus promittimus presentibus bona fide exbrigare et predictos de Strele dictorum bonorum legitimos reddere possessores, omni penitus sine dolo. In huius rei euidenciam pleniorum presentibus nostrum sigillum mandauimus appendendum. Testes huius rei sunt Bodo et otto fratres de ylborch, henricus de Dame, Reynscho de Guzk, Reynhardus de Strele, fredericus de Snevdicz, Rabe noster dapifer, Juuenis de Loffowe, albertus de Brandenberck, Johannes de Geilnowe, heinricus de kokeritz ac alii fidedigni. Actum et Datum intra villam Sacrowe et villam Strigowe circa Nizfam et molendinum ibidem situm, vbi aqueductus est, qui vberuat vulgariter nunccupatur, anno domini M. CCC. In vigilia assumptionis marie.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

XXV. Herzog Wladislaw von Krakau bestätigt dem Bisthum Lebus ein Privilegium des Herzogs Lesek vom 12. Mai 1282, am 10. Januar 1305.

In Nomine Domini Amen. Cum plerumque ea, que temporaliter aguntur, vetustate interveniente, que Mater oblivionis est, simul cum processu temporis elabantur, nisi scripturarum memoria et subscriptione fidelium Testium firmiter roborentur; Ideoque Nos Waldislaus, Dei gratia Dux Cracoviensis, Sand., Kuyaviae, Lancie, et Sirad. omnibus presentem literam inspecturis notum facimus et presentibus protestamur, quod Venerabilis in Christo Pater, Dominus Fridericus, Lubucensis Ecclesie Episcopus, Compater Noster Dilectus, coram nobis in presentia multorum exhibuit, ostendit et perlegi fecit literas et Privilegia incliti Principis Domini Leskonis clare memorie, Fratris nostri Karissimi, quondam Ducis Crac., Sand. et Sirad., non cancellatas, nec abollatas, nec in aliqua parte sui viciatas sub vero sigillo suo in hec verba: (S. Nr. XIX.)

Nos igitur antedicti Principis Domini Leskonis, Fratris nostri Karissimi, olim Ducis Crac., Sand. et Siradie, in tam piis factis et ordinationibus circa ipsam Ecclesiam Lubucensem habitis volentes vestigia imitari, pure propter Deum prescriptam libertatem predictae Ecclesie Lubucensi rite et rationabiliterque datam et donatam, ratam et gratam habentes in perpetuum confirmamus et presentis scripti Patrocinio cum Sigilli nostri munimine roboramus. Datum Cracovie, presentibus hiis Testibus Domino Reynbora, Archidiacono Cracoviensi, Magistro Francisco, Canonico Cracoviensi, Cancellario nostro, Domino Henricus de Sangto, Nicolao, Canonico Cracoviensi, Thenitzlao, Castellano de Sanditz, Spicone de Dampna, Michaele Mrisquenitz, fidelibus nostris, Magistro Nicolao de Vranckenvorde, Lubucensis Ecclesie Canonico, Gotfrido Refeler, familiaribus antedicti Episcopi Lubucensis, et aliis multis fide dignis, Anno Domini M^o. CCC^o. Quinto, quarto Idus Januarii.

Beckmann's Bisththum Lebus, p. 7. Lünig's spic. eccles. II, 81.

XXVI. Markgraf Woldemar verkauft dem Bisthum Lebus das Dorf Goltzow, am 4. April 1308.

In nomine Domini Amen. Ad geste rei memoriam sempiternam, nos Waldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchid tutorque magnifici principis Domini Johannis, Brandenburgensis Marchionis, clara presentium literarum recognoscimus forma, volentes eas ad uniuersorum noticiam peruenire, quod prefati Domini Marchionis nomine dedimus presentibus nostris et donamus ecclesie Lubucensi villam Goltzow sitam in prato, cum filua quercina adiacente et cum insula Hartmalin, que in se continet sedecim jugera, et cum omnibus intermediis pratis, pascuis, lignis, piscationibus inter dictam villam et distinctiones opidi Selow situatis, cum omni iure, iudiciis, attinentiis, omnibus, cum precaria et seruitiis uniuersis, cum fructibus et obventionibus singulis, cum omni libertate et proprietate sub antiquis et consuets limitibus, terminis et

attinentiis iusto proprietatis titulo possidendam quiete temporum curibus sempiternis, Reponentes prefatam villam cum expressis attinentiis ad possessionem predictae ecclesiae, ex nunc omne jus, quod nobis aut nostris aut dicti Marchionis successoribus competit aut competere posset, in ipsa presenti litera et voce expressa abnegantes. Pro predicta villa et ejus proprietate predicta Lubucensis ecclesia nobis dedit trecentas et quinquaginta Marcas argenti Brandenburg, et ponderis, super quibus ipsam liberam et solutam nuntiaimus, presentibus nobili Domino Burchardo, Comite de Lyndow, Ludekone et Haffone et Wedegone de Wedel, Petfone de Loffow, Henrico de Clepzych, militibus nostris, et multis aliis fide dignis. Ut autem premissa venditio et donatio vigorem obtineat sempiternam, ipsam confirmavimus et auctorizavimus presentibus nostrum sigillum aponentes. Actum et datum in Brunneken prope Soldin, anno domini M^o. trecentesimo octavo, pridie Non. Aprilis.

Nach Gercken's Codex IV, 571.

XXVII. Markgraf Woldemar vereignet der Kirche zu Lebus das Dorf Malthzsch,
am 1. November 1308.

In nomine Domini Amen. Actus humanos quos vitiosa destruit oblitio sola fantasmalis memoria sub propriis speciebus innovat et reformat. Inde est quod presens scriptum ad cognitionem hominum perveniat sempiternam, quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, presentium protestamur dictamine literarum, quod cum deliberatione examinata vassallorum nostrorum de villa dicta Malthz, quam Episcopus Lubucensis et ecclesia per commutationem aliorum honorum factam pro illa, a Johanne iudice Frankenuordenfi et filiis Liphardi, civibus ibidem, comparavit et rationabiliter emit, dedimus et presentibus damus literis proprietatem cum iudiciis, fructibus, precaria et seruitio vecture et alio quolibet sub antiquis terminis attinentiis metis consuetis, cum omni libertate et iure infinito et sempiterno tempore cum pace et tranquillitate optinendam. Abnegantes etiam omne ius pristino tempore in dicta villa habitum, aut per nos aut nostros heredes seu successores habendum in futuro. Pro premissa proprietate Lubucensis ecclesia congrue et complete nobis persolvit quingentas et quinquaginta Marcas Brandenb. argenti et ponderis, prout notum est Frederico de Aluensleue, Droyfekino, Hensfekino de Groben et Domino Slotekino cum militibus antedictis. Ne autem hec donacio alicuius fraude reddatur inanis, presens scriptum nostro sigillo dedimus communitum. Datum in curia Breden, anno domini millesimo CCC^o. VIII^o., Kal. Nouemb.

Nach dem Abdrucke in Gercken's Codex VI, 545.

XXVIII. Markgraf Woldemar vereignet dem Bisthume Lebus das Dorf Werbek,
am 7. Februar 1311.

In nomine Domini Amen. Cum omnis humana operatio quoquomodo ex appetitu rationali etc. Nos Waldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, forma presentis scripti publice protestamur, Quod ad honorem omnipotentis Dei et ad collaudationem matris ipsius sanctissime, cupientes matrem nostram ecclesiam Lubucensem aliquantulo deuocionis opere venerari, propter specialia obsequiorum merita Reuerendi Domini patris, Domini Friderici, Lubucensis Episcopi, et non minus propter deuota Episcoporum suorum predecessorum patrocinia dedimus prefate Lubucensi ecclesie proprietatem ville Werbek, quam prefata ecclesia a militibus templi sibi comparauit, apponentes eam ex nunc ad ipsam ecclesiam cum limitibus antiquis et consuetis, cum iudiciis, precaria, seruitiis et fructibus uniuersisque attinentiis, cum omni libertatis iure iusto proprietatis titulo perpetuo tempore possidendam propter Deum cum expressa abrenunciatione, omne ius quod nobis pro nunc aut successoribus nostris in futuro competet simpliciter abdicantes. Vt autem premissa proprietatis donatio perpetuo salua consistat, presens scriptum sigilli nostri imagine uoluimus communiri. Actum et datum in Gerswolde, anno domini M^o. CCC^o. XI^o. septimo Idus Februarii.

Nach Gerken's Codex IV, 572.

XXIX. Markgraf Woldemar befehlt den Lehnsleuten, Bürgern und Bauern in den Districten Sternberg, Lebus und Falkenhagen ein Behmgericht zu errichten, am 18. Februar 1313.

Woldemarus — Marchio et Tutor illustris Johannis de Brandenburg marchionis, Vniuersis suis uasallis in castris Sterneberg, Lubus et Valkenhagen atque in districtibus ipsis adiacentibus constitutis, necnon ciuitatensibus et opidanis ac villanis eidem confinibus uniuersis salutem —. Ex instinctu nostrorum fidelium in Aduocatia Frankenuordensi morantium decreuimus uobis dare presentibus firmiter in mandatum, Quatenus post receptionem presentium Ad edictum nostri aduocati domini Henrici de Werbyn conuenire debeatis, Conspirato animo Iudicium prouinciale, quod uocatur veyhemdink, instituendo, iudices uobis ad hoc aptos eligentes, qui huiusmodi iudicium secundum oportunitatem temporum omnibus uobis ad id uocatis celebrabunt. Formam uero iudicii sic seruantes, quod ubicunque diffamatus malefactor cum quacunque re publica deprehensus fuerit, sententiis uestrorum examinum supponatur. Et si quis uestrum uel aliqui spoliati fuerint suis rebus, aut aliquibus aliis dampnis seu molestiis perturbati, hos insultatores uolumus, ut omnis terre populus insequi non desinat donec capiantur. Vel si ad castrum aliquod seu fortalitium aut ciuitatem confugerint, huiusmodi municio cum ipsis malefactoribus erit proscribenda. Et si quis collegerit tales malefactores hospitando, quod testimonio conprobari poterit, Is uita huauetur et rebus suis omnibus depriuatur, Et quicumque consecuti non fuerint ut premissum

est insultores dictorum districtuum quibus clarificatum fuerit, rei actu hiis penis afficientur, villa tota et integra in decem talentis, Cuius quivis civitatum ac opidanus pro vno talento et miles quivis ac armiger pro decem talentis per nostrum aduocatum aut per suos officiatos inpingnoretur. — Actum et datum in Werbelin, Anno domini M^o. CCC^o. XIII^o. Pantaleonis martiris. Ceterum addicimus pro vestro comodo et profectu, quod quicumque contra quempiam ex vobis egerit excedendo siue in latrocinio uel furto aut homicidio seu quocunque casu excessum perpetraverit, quod super eo iudex loci illius, siue sit ciuitas siue villa, debeat duas sententias iudicare et terciam sententiam ad nos deferendam dominus Henricus de werbin prenotatus noster Aduocatus fidelis nostro nomine iudicabit. Datum ut supra.

Wohlfürst I, 326.

XXX. Markgraf Woldemar verzeignet dem Bisthum Lebus das Dorf Zechin, am 25. September 1313.

In nomine domini Amen. Actus humani omnino transirent in nichilum, nisi litera efficax ipsos sub propriis formis fantasmaticis memoriis hominum commendaret. Nos igitur Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, virtute presentium protestamur, quod cum prouido examine nostrorum fidelium deuota mente dedimus presentibus et donamus literis proprietatem ville in zechyn Ecclesie lubucensi, quam villam ecclesia emit a domino zabelle, milite de Badelo. Et ipsam ex nunc adiungimus predictae ecclesie cum omni libertate iurium, iudiciorum, preciarum et fructuum omnium sub propriis limitibus et distinctionibus tanquam proprie propriam perpetuis temporibus possidendam. Presentibus testibus domino hermanno, nobili de Barby, domino vrico, comite de lyndow, Bedekino, milite, nostro mariscalco, et domino Slothekino, nostro prothonotario, cum aliis pluribus fidedignis. Ne autem huius proprietatis donacio alicuius malicia possit submoueri inopstrum (sic), presentem literam nostro sigillo confirmamus. Actum et datum in Monychkeberch, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Terciodecimo, Septimo Kalendis Octobris.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives. In Gercken's Codex IV, 574 steht statt Badelo: Gadelo und statt 1313: 1312.

XXXI. Die Markgrafen Woldemar und Johann ertheilen dem Bisthum Lebus einen Schutzbrief, am 3. Februar 1317.

Nos Woldemarus et Johannes, dei gracia Brandenburgenses et Lusatie marchiones, recognoscimus publice in hiis scriptis, quod Reuerendum in Cristo patrem Domini Stephanum, Lubusane ecclesie Episcopum, quem speciali fauore prosequimur, in nostram recepimus et collegimus protectionem pariter et tutelam, volentes ipsum et sue ecclesie bona omnia et singula subnotata ac proprietates eorundem, scilicet oppidum Selowe, quod dicta ecclesia Lubusana ab antiquo possedit cum villula Wodyn prope Ruthewyn sita, nec non alias villas scilicet Malz, Czernkowe, Werbeck, Golfowe et Czechyn, quas eadem ecclesia a nobis et nostro tempore comparauit Woldemaro predicto ab ista parte Odre sitas. Item oppidum Goricz et villas Sabyz, Spudlowe, Stanek, Seueld, Swinar magnum, Radowe et paruam Radowe, Lefk, Goliz, Ouezar prope Goriciam versus Poloniam sitas, nec non villas Cofla, Schoneiche et Mertynsdorp in terra Sagan sitas, tanquam bona nostra propria protegere fideliter et tueri. Mandamus igitur omnibus nostris Aduocatis, Subaduocatis ac aliis Officialibus, cuiuscunque condicionis existant, ad quos presentes litere peruenerint sub nostra gracia, quod dictum Dominum Episcopum et uniuersa predictae ecclesie bona de cetero non impediunt, sed potius effectu presentis privilegii super premissis traditi et nostris sigillis de nostro consensu et certa scientia sigillata promoueant efficaciter perpetuum et defendant. Actum et datum in Berlyn, anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo, in crastino purificationis beate virginis.

Nach Gercken's Abdruck aus dem Originale des R. Geh. Staatsarchives Cod. VI, 546.

XXXII. Markgraf Ludwig fordert Lehnsleute und Bürger des Landes Lebus zur Landesverteidigung auf, am 8. September 1324.

Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusatie marchio — fidelibus suis et dilectis Consulibus ac uniuersitati burgenfium in sFrankenvord et Monkeberg, necnon uasallis omnibus Castri lebus ac totius terre lubusane, gratiam suam et omne bonum. Cum pro defensione honoris et patrie quilibet fidelis subditus exponere corpus et Res naturaliter et ex debito teneatur, uestram fidelitatem intime hortamur, requirimus et rogamus, quatinus ad repellendam inimicorum iniuriam, nullatenus tepescatis, sed uiriliter ad id uos paretis, nec aliquis metus in animo uos confringat. Promittimus enim uobis per presentes, quod de omnibus dampnis et expensis, que et quas circa defensionem perferre rationabiliter uos contigerit, reddere uolumus uos indempnes. Quia etiam uestra iura et libertates conseruabimus uobis in pleno robore ac firmissima firmitate, uolentes semper esse intenti circa uestri honoris et status augmentum fideliter toto posse, et pro uobis exponere res et corpus. Hanc literam nostro sigillo munitam uo-

bis in testimonium concedentes. Datum Berlin, Anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o., in natiuitate sancte marie.

Bohlbrück I, 548.

XXXIII. Die Schöppen zu Guben befunden eine Liphards Söhne zu Frankfurt und das Dorf Kliestow mitbetreffende Erbregulirung, im Jahre 1325.

Nos Jurati in Guben — recognoscimus — quod discreti viri Job., Scultetus nostre ciuitatis, et — — conciuis noster, in nostra presentia constituti, sunt — protestati, Quod Frenclinus bone memorie, quondam Scultetus noster, cum pueris Liphardi, quondam civis in Francken- uorde, per strenuos milites dominum Otthonem et dominum Siffridum, fratres dictos de Sliwen, predictorum puerorum avunculos, hoc modo de bonis a predicto Liphardo post mor- tem relictis, est amicabiliter concordatus, quod villa Rybitz cum suis pertinentiis predicti Fren- celini plenarie permanebat et allodium Cliftowe cum aliis bonis a sepedicto Liphardo relictis, ad prelibatos suos pueros pertinerent, et quod huic bonorum — divisioni intersuerunt Johannes, Scultetus quondam in Frankenforde, Thomas Hokeman, Wilhelmus dictus de Foro, ciues quondam in Frankenforde, et predicti Jo. Scultetus noster — —. Datum Gubyn — —. M. CCC. XXV.

Bohlbrück III, 276.

XXXIV. Der Markgraf Ludwig von Brandenburg bestätigt die Privilegien des Landes Lebus, am 14. Juli 1327.

Wie Lodewich, von der Gnaden Godis Margraue tu Brandeborch vnd tu Lufiz, Palantzgreue des Rines, Hertoghe tu Beyeren vnd ouerste Kemere des heiligen Römischen Ryckes, bekennen in dsesem openen Briue, dat wie vnsen truwen Mannen, die nu sint vnd noch tukomende sint, die beseten sin in den Lande tu Lebus, bestedegen in dsesen iegenwardighen Briue al er Vriheit, al er Recht, al er Gnade, al er gude Wonheit vnd al er Briue, die si hebben von den alden edeln Vursten, die ghewesen sin tu Brandeborch. Wie en scollen ok nemanne staden, sie tu hinderen vnd befweren an irme Rechte, an irme Gude, an iren Luden vnd an irme Lue mit jenigeme Unrechte. Ock scol wie sie afnemen aller Vengnisse vnd alles Scaden, den sie nemen redeliken in vsem Dinsten. We scollen ok afleggen tu Watere vnd tu Lande al vnrechte Tollen vnd Gheleide. Wie en scollen ok nicht buwens staden in den vorbenumde Lande, noch Roshus behalden, of wie sie vonnen, weder Willen der vnd des Landes, vnd Man scal sie breken.

Wie willen ok, dat jewelk Man, he si Ridder, Knecht oder Borgere, scal Bede nemen, alle sie die Herfcap nimpt. Wie ok Gherichte, hogeste oder fideste, vnd Dinft heit in dem Lande, die en scal sinem Underfaten mit deme Dinste vnd Rechte tu Unrechte nicht verderuen. Wie scollen ok breken al die Vesten, die in die Lant ghebuet sin na deme Dode des edelen Vurften Margreue Woldemar von Brandeborch, vnd dat scol wie dun mit Rade vnd mit Hulpe der Man vnd der Stede in den Landen. Wie scollen ok laten Reddere vnd Knechte bi irme Rechte, Borgere bi erme Rechte vnd Bur bi irme Rechte, als et von Aldere heuet gheftan. Dat wie al dese vorbescreuen Ding stede vnd ganz holden, des hebbe wie desen Brief dar ouer ghegheuen, befelegt mit vnfen Insegele. Dit is ghesen vnd dese Brief is ghegeuen tu Brandenborch, na der Bort Godes Dufent Driehundert Yar seuenentwintich Jar, des Dunredages na Sente Margreten daghe.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives. Hoefers Auswahl S. 212. No. 120.

XXXV. König Wladislaw von Polen macht allen seinen Beamten bekannt, auf Befehl des Papstes dem Bischöfe Stephan und dem Bisthume Lebus den wirklichen Besitz aller ihm zukommenden Güter im Polnischen Reiche zugesprochen zu haben, am 25. Mai 1328.

Vladislaus, Dei gracia Rex Polonie, Cracovie, Sand., Syrad., Lanc. atque Coyaue, omnibus ac singulis Castellanis, Palentinis, Judicibus, Subjudicibus, Procuratoribus, Subprocuratoribus, Vlodariis, Ministeralibus, nec non officialibus uniuersis per omnes terras Regni nostri constitutis gratiam suam et omne bonum. Noverit vestra fidelitas, Nos a Sanctissimo in Christo Patre nostro, Domino Johanne XXII. Romane Sedis summo Pontifice, de novo recepisse firmiter in Mandatis, quod Venerabilem Patrem nostrum Dominum Steffanum, Lubucensis Ecclesie Episcopum, mitteremus in possessionem veram et legitimam omnium Bonorum Ecclesie sue Lubucensis et Possessionum in nostro Regno ubicunque constitutarum. Nos igitur iustis preceptis predicti Sanctissimi Patris Nostri et tam piis factis Zelatores fore cupientes, prout Jure et ex debito semper tenemur, Itaque Venerabili Patri Domino Steffano, predicto Episcopo Lubucensi, et Ecclesie sue Lubucensi assignamus per presentes ex nunc meram et integram possessionem omnium Bonorum et Possessionum Ecclesie sue Lubucensis in terris nostris Sand., Crac. situatis, sicut sunt possessiones et Bona, que subsequuntur: Videlicet opidum magnum Oppathow cum districtu suo, Agri, Silve, Ligna, Venationes, Aque, Piscationes, Molendina, Prata, pascua, Theolonia, si sunt vel esse possunt — nec non Jus Fori, quodcunque ibidem in Oppathow, et alie utilitates qualescunque Itemque Villas subsequentes Tzirneckow, Jurcowitz, Vmare, Jalonans, Landzuc, Buconen, Truftulas, Crascow cum magno gayo adjacente, Biltopo, Nemenitz, Roskow, Sochzin, Porntze, nec non marensko cum mellificiis ac Lignis, Silvis, Piscationibus, Venationibus, Pratis, molendinis et alie utilitates, que ibidem esse possunt. Item mamna cum districtu suo, hiis Villis sequentibus Stritschowitz, Barbatz, Zwola, Tzirnona, gora Vorbitz, Agri, Ligna, Aque, Prata, Pascua et alie utilitates qualescunque. Item in Sollitz una Area cum integra forte, In Sdremlitowitz due Aree et duo plene fortes. In Carvone una Area cum plena forte, In

Maldzin due Aree et due fortes, In Sliptone una Area cum plena forte, Preterea Naulum cum Taberna super Nydan cum utroque littore, Agri, Ligna, Aque, Piscationes, Molendina, Prata, Pascua et alie utilitates, Insuper Truckzafir cum Dobravoda, Agri, Ligna, Silve, Venationes, Aque, Piscationes, Molendina, Prata, Pascua et alie utilitates qualescunq. Item Pfrebetzan, sita prope magnum Sal, Agri, Ligna, Silve, Aque, Piscationes, molendina, Prata, Pascua et alie utilitates, Item Cunitz cum magnis Silvis, mellificia, Agri, Ligna, Venationes, Aque, Piscationes, Molendina, Prata, Pascua et alie utilitates qualescunq. Insuper in Majori Polonia Opidum Kafimir cum districtu suo et Villas sequentes ac Possessiones, videlicet Nefnetone, Slanebatze, Lubza cum Lacu, Czarca cum Lacu. In Corania Ratzow, Item Piftope, Landzin cum Lacu, Tzulentzitz, Benfthow cum Lacu, Pfrevonono Lacum per medium cum silva Tzirnokow ante Pontem, conin cum parte morislane, Theolonium in Conin, in Tzirnokow vero militari due aree et due plene sortes cum lacu et silva, Captura piscium in aqua, que dicitur Goppolonitza, et Captura Piscium in Warta. Item ultra conyn versus Calys, Sadow et Grothow cum magnis Silvis adjacentibus et mellificiis. Item circa Pisdry Prschuslane, Sickerino et Czolomkano. Item — — Glinik circa Pinnow, similiter Gantzitz in Castellania Mefericzenfi. Itaque Ville, possessiones, Bona nominata in Majori Polonia, Agri, Silve, Ligna, Mellificia, Venationes, Lacus, Aque, Piscationes, Prata, Pascua et alie utilitates qualescunq, Similiter Episcopi Lubucenses, qui pro tempore fuerint in Ecclesia Lubucensi, habeant et habere debeant alia Bona et possessiones ante nominata absque aliquo impedimento et possidere pacifice et quiete, Adjicientes bona fide, quod Episcopi Lubucenses, qui pro tempore fuerint, in Bonis eorum in nostro Regno et Dominio situatis, possunt licite et libere Castra, Civitates et Firmitates pro beneplacito eorum erigere et edificare, Nec non hereditates, Possessiones, Villas et omnia Bona ipsorum jure Theutonico locare et habere, si ipsis placet, sine aliqua contradictione, molestia atque offensione. Nos vero recognoscimus publice et protestamur ex certa scientia in hiis scriptis, quod Episcopus Lubucensis predictus et Ecclesia sua, Lubucensis Ecclesie Episcopi, qui pro tempore fuerint, gaudent ex nunc et gaudere debent in omnibus Bonis prenomatis, possessionibus ac prediis eorum pleno Dominio ac omnimoda Libertate cum gadibus et metis debitis et antiquis eorumdem et ex decimarum perceptione ab hominibus et subditis eorum absque aliqua contradictione, quemadmodum alii Episcopi Sancte Gneznensis Provincie suis Bonis, Possessionibus et prediis per omnia gaudent et fruuntur. Itaque quod Homines et Incolas Episcopi Lubucensis de bonis, possessionibus omnibus dicte Ecclesie Lubucensis nulli Judices, Castellani, Palentini aut aliorum nobilium nostrorum Judices non judicabunt aut ad Judicia trahere minime presumant, Nec pena capitis exigatur aliquo modo ab iisdem; sed ipse Episcopus aut sui Judices, quos duxerit eligendos, suorum subditorum causas parvas et magnas, undecunq nascantur, debent et habebunt pro beneplacito suo decidere et judicare. Insuper antedicti homines et Incole ipsius Episcopi Lubucensis Collectas, Angarias, Parangarias et alia gravamina qualicunq solvere non compellantur. Super omnia in Bonis et Possessionibus sepius nominatis Episcopi et Ecclesie nichil Juris nobis reservantes, sed quod de beneplacito antedicti Episcopi et bona voluntate habere possumus et obtinere volumus omnino, quod Episcopi Lubucenses, qui pro tempore fuerint, habebunt et habere debent licentiam venandi feras magnas et parvas in venationibus ubicunq nostris in Regno nostro liberrime largam Libertatem. Omnia premissa volumus ac mandamus inconcusse et inviolabiliter secundum mandatum Sedis Apostolice directum firmiter observari. Ad certitudinem firmiorem presentem paginam minoris Sigilli nostri munimine iussimus roborari, Quia majus Sigillum nostrum erat apud Consortem nostram et ipsa adpresens in

Cracovia non fuit ista vice. Presentibus Nobilibus nostris Nanogyo, Castellano Cracoviensi, Spickone, Palatino Crac., Nicolao de Boyoria, Subcamerario Sand., Domino Petro, Milite, Scolastico Cracoviensi, Magistro Martino, Medico nostro, Arnoldo Wyslao, Clerico curie nostre, et aliis multis. Datum Cracovie, In Domo Fratrum Predicatorum, Feria Quarta Infra Octavas Pentecostes, Anno Domini Millefimo trecentesimo vicesimo octavo.

Beckmann's Bischofthum Lebus S. 9. König's Reichsarchiv Spic. eccles. II, 83. Abhandl. der K. Bayerischen Akademie II, I, 215.

XXXVI. Hedwig, Königin von Polen, gewährt dem Bisthum Lebus einen Schutzbrief,
am 5. April 1332.

Venerabili in Cristo patri et Domino Reuerendo Domino Stephano, dei gratia Episcopo Lubucensi, Hedwigis, gratiam per eandem Polonie regina, salutem cum longitudine dierum votiuorum. Orationum vestrarum suffragia pro nobis ac nostris per vos Deo deuocius exhibita laudabilemque conuersacionem vestram habitam nobiscum studiosius recensentes, venerabilem personam vestram in fauorem ac in curam nostram recipimus specialem, promittentes fide digna vos et cuncta bona mensse vestre Episcopalis, que in regno nostro Polonie dinoscimini possidere, ab omnibus injuriis atque violenciis per quempiam inferendis manuteneere ac defendere fideliter et tuere, ut exinde per juges oraciones vestras peccaminum nostrorum condignam percipere valeamus remissionem. Datum Sandomiris, dominica, qua cantatur Judica me Deus, anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. secundo.

Nach Gerken's Codex IV, 547.

XXXVII. Markgraf Ludwig belehnt Renigo und Erich von Goliz mit dem Gerichte zu
Malnow, am 1. Oktober 1333.

In Selow, feria VI post Michaelis. Contulimus Renigoni de Goliz et Erico, patruo suo, supremum et infimum iudicium una cum octo mansis in villa Malnow sitis, ipsorumque veris heredibus in solidum cum omnibus ipsorum pertinentiis, iuribus et commodis eisdem ab antiquo pertinentibus, sine dextrarii seruicio, sine omni impedimento quiete et pacifice possidendos.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) No. VII.

XXXVIII. Markgraf Ludwig verpfändet an Heinrich von Schlabberndorf Gebungen in Mallnow, am 13. Februar 1334.

Anno domini M. CCC. XXX quarto, dominica inuocavit. Contulimus feodi titulo et vendimus strenuo militi Heinricho de Schlabberndorp suisque heredibus in villa dicta Malnow precariam quatuordecim mansorum cum officio prefecture, cum iure patronatus ville eiusdem, cum singulis et vniuersis eorundem honorum pertinentiis, quousque nos, heredes aut successores nostri dictos redditus pro C marcis argenti Brandenburgensis reemerimus, cuius facultatem plenariam nobis referuamus, quiete et pacifice possidendam, iuribus nostris saluis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto) No. VIII.

XXXIX. H. von Schlabberndorf erklärt, daß seine Besitzungen zu Mallnow dem Markgrafen zum Wiederkauf stehen, am 13. Februar 1334.

Noueriat uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod ego h. de Slaurndorp, miles, promisi bona fide presentibus et promitto, quod volo, teneor et debeo magnifico principi domino Ludouico, marchioni brandenburgensi, suisque veris heredibus aut successoribus sine contradictione qualibet ad reemendum dare bona in uilla malnawe sita cum omnibus eorum pertinentiis eisdem pertinentibus, pro centum marcis argenti brandenb., quandocunque ipse, sui heredes vel successores id decreuerit vel decreuerint faciendum. In cuius rei testimonium presentes sigilli mei munimine feci communiri. Testes huius sunt honorabilis et religiosus vir frater Henricus de Zipplingin, commendator, Dypoldus Guzzo, H. de Yfoldfrieth, Marfalkus, H. de wolkowe, milites, Gebhardus de kamer, Eblinus de blanchinburch et alii quam plures fide digni. Datum berlin, Dominica qua cantatur Inuocauit.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) No. IX.

XL. Markgraf Ludwig belehnt Nicolaus Grüneberg in Frankfurt mit Gebungen aus Lebus und Selchow, am 9. April 1334.

Eodem anno (1334), dominica Misericordia domini, in Berlin. Contulimus Nycolao Grüninberg, cui in Vrankinfürt, suisque heredibus octo frusta denariorum in villa Selichowe, Quinque frusta, in theloneo Lebus minus quatuor solidis annuorum redituum cum vniuersis ipsorum pertinentiis. Iuribus nostris saluis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) No. X.

XLI. Pezfo von Loffow verkauft dem Schulzen Albert zu Fürstberg gewisse Lehne,
am 16. Juli 1334.

— Ego pezco de Loffow et Thylo, filius meus, recognoscimus, quod discretis viris Alberto, sculteto in furstinberg, suoque fratri Johanni dicto — vendidimus pheuda in villis palytz et schonenvliz dictis et dimisimus pro viginti sexagenis grossorum —. Addicientes etiam, si dicti viri Albertus et Johannes ab aliquo vel ab aliquibus impeterentur aut impedirentur pheudis in prefatis, extunc promittimus bona fide prescriptis viris et eorum amicis, videlicet hinrico pilgerimo, Johanni belkow, hermanno belkow, ebeloni Hacman et nycolao de Pezyr, ciuibus frankenvordensibus, ab omni impetitione et impedimento super nostros denarios et labores nostros ipsos eripere. — Scriptum — presentibus strenuo viro domino pezcone de vynitz, domino petro Ichoryn, frizcone de Langenow, hennyncho burchardistorp, Laurentio bavaro et quam pluribus fide dignis. Datum et actum frankenvord, in crastino diuisionis apostolorum, Anno domini M^o. CCC^o. Tricesimo quarto.

Nach dem Original, aus dem Kloster Neuzelle durch den Geh. Registr. Voßberg mitgetheilt.

XLII. Bischof Stephan von Lubus hebt den Bann auf, welchen er über die Alt- und Neustadt Brandenburg hat ergehen lassen, am 1. April 1335.

Venerabili in Christo Patri Domino Ludovico, Episcopo Brandenburgensi, Stephanus, Dei gratia Episcopus Lubucensis, cum omni reverentia Desiderium in singulis complacendi. Noverit vestra Paternitas Veneranda, Discretos Viros Consules et Univerlitatem Civium Antiquae et Nove Brandenburg Civitatum super litibus et Controversiis, que inter Nos et ipsos dudum vertebantur nomine quorundam Damnorum, Nobis et Ecclesie nostre Lubucensi per Ipsos illatorum, amicabiliter nobiscum concordasse. Unde ipsos a Sententiis excommunicationis, quibus per Nos et ad instantiam nostram ligati erant, nostra et Nobis in hac parte concessa autoritate, Dei nomine invocato, absolvimus in his Scriptis eisdem et ipsorum Familiam Divinis Officiis restituentes et ecclesiasticis Sacramentis Plebanisque eorundem locorum committentes, ut omnes et singulos dictarum Civitatum, qui propriis in personis dictis nostris damnis interfuerunt, per manuum suarum impositionem autoritate predicta Salutari ipsis Penitencia injuncta absolvere valeant, quos et Singulos predictos de universis et singulis premisis nostre et Ecclesie nostre nomine solvimus tenore presentium, quas nostri appensione Sigilli iussimus communiri. Datum Berolini, Calend. Aprilis, anno Domini MCCCXXXV.

Aus Beckmann's Nachlaß.

XLIII. Johann von Buch erklärt als markgräflicher Hofrichter die vier Mühlen zu Tzschschnow für frei, namentlich auch von den Ansprüchen der von Lossow, am 7. März 1336.

In deme namen der hilghen drivaldichheyt, amen. Dat di ding, di gheschen in der tyit, nicht en vor gan mitter tyit, so is des noyt, dat men si stercke vnde veste mit eyner tügnisse der scrift vnde metten namen der tughe, di dar over sint ghewesen. Hir vmme wi her jan van buck, eyn ridder vnde eyn meyne richter des hoves tu brandenborch des edelen vorsten marcgreven Lodewighes van Brandenborch, wy bekennen vnde betughen openbar in desser jeghenwardeghen scrift vor alle di ghene, di dessen brif sen vnde horen oder vor nemen, dent nu bort tu weten oder mach boren tu weten, di nu sint vnde noch tu komende sint. Dat di vire molne, di dar lyghen an beydent eiden des dorpes tu cetzenow vnde sint deser lude, di hir bi namen ghescreven stan: henneke rike vnde wolveram, herman wale, clawus vlademunt, vor vns in eyne richte sint ghevonden van vnses herren mannen vri, ledich vnde losz van aller ansprake, di di vrouwe van lossow vnde Peyfz van lossow dar up deden vnde hadden, also sich recht vnde ordel wysede aldus, dat di bescheydene molne sint bede vri vnde nene plicht neyne manne to dunde, sonder eren pacht sint si plichtich to gevende vnde upvart vnde afvart tu ghevende vor den richter vnde vor den schepen des dorpes, svelch man si vor koppet, oder di ghene, di si kost, also alse eyn bur recht ist in deme dorppe. Over dese dedinghe, dar dese vor bescreven ding ghededinget vnde gerichtet worden, is ghewesen her ghewert van bortenvelde, di dar is di hogeste mester des ordens functe johannis, her Thyterich van cyckow, di tu den tiden eyn voghet was des marcgreven van brandenborch, vnde her jan van beline, di tu den tiden des vorbenumeden marcgreven hovemester was, her hentce van crocheren, riddere, sparre, di tu livenwolde hadde voghet ghewesen, zive van buch, di tu den tiden vser vrouwen der marcgrevinnen kamermeister was, heyneke van griben vnde arnol randow, knechte, vnde laurencius beyer vnde bethe wale, di tu den tiden ratmanne weren in der stat tu vranckenvorde, vnde hannes beyer, borghere, vnde vortmer andere ghuder lude ghenuch, den och wol tu lovende ist. Alle dese ding, alse hir vorbescreven sleyt, di worden ghededinget tu vranckenvorde in hannes beyers huse, vses werdes. Na der bort godes dusent jar drihundert jar, in deme sesse vnde drittichsten jare, des negesten dunnerdages vor mitvasten. Vnde tu eyner betughnisse desser vorgesproken ding, so hebbe wi her jan van buch, di vorbenumede ridder, dessen brif laten vesten mitter anheninghe des inghesegheles des hoverichtes tu brandenborch, vnde dese brif is ghegheven vnde ghescreven na godes bort in deme daghe vnde in der tyit, also alse hir vorbescreven sleyt, in der stat tu vranckenvorde.

Nach dem Originale im Universitäts-Archive zu Breslau.

XLIV. Markgraf Ludwig sagt seinen Dank der Mannschaft, der Vogtei und der Stadt Frankfurt für die Bereitwilligkeit, womit sie zur Steuer für Auslösung der Lausitz beigetragen haben, und giebt ihnen wegen künftiger Erhebung außerordentlicher Beisteuer bestimmte Zusicherungen, am 25. Oktober 1338.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio etc., strenuis viris militibus et militaribus in Aduocatia Vrankinurte residentibus, prudentibus quoque viris et discretis consulis et uniuersitati ciuitatis predictae gratiam suam et omne bonum. De eo, quod tam unanimiter ad contributionem solutionis terre Lusatiae per nos impositam vos adeo beniuolos et affectuosos exhibuistis, cum merita recommendatione vobis multimodas gratiarum referimus actiones, promittentes vobis singulis et uniuersis talem vel huiusmodi contributionem a vobis diuisim vel pariter denuo recipere nolle nec debere nec aliquantulum recipi consentire. Referuantes tamen nobis tres casus, qui absint, ad quorum alterum, si necesse fuerit, nobis suffragamini possibiliter et ex debito rationis, videlicet si in conflictu iniendo per emulos nostros caperemur, vel si iidem terras nostras per oblidiones vel munitionum circumvallationes occuparent, vel si bellum vel conflictum, quod absit, contingeret nos amittere, qui possit nominari per idoneos capitalis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Berlin, anno domini Millesimo Trecentesimo trecesimo octauo, die dominico ante diem beatorum apostolorum Symonis et Jude.

Original im Geh. Staatsarchive. — Gercken's Codex III, 101. 102.

XLV. Bischof Stephan II. von Lubus verschreibt dem St. Vincenz-Kloster zu Breslau den Genuß einer Zehnthebung, am 6. März 1339.

— nos Steffanus, dei gratia Episcopus ecclesie lubucensis, Recognoscimus — Religiosos viros dominum abbatem et Conuentum Monasterii sancti vincentii prope wratisslauiam ordinis premonstratenfis habere debere et percipere singulis annis libere decimam manipulatim in campis inde et de omnibus agris allodii Genelyn siue aptowitcz volgariter nuncupati, sui prope Boreck villam nostram, quod allodium pro nostra ecclesia lubucense per dominum Nicolaum de poutwinstorff, nostrum Scolasticum, extitit comparatum de nouo. — Datum Wratisslauiam, anno domini M^o. CCC^o. XXXIX^o., II nonas Martii, presentibus honorabilibus viris dominis magistris Apetzkone, Canonico et offic. wrat., Conrado, decano, Johanne, cantore, Siffrido de Boreck, Heynrico de Boreck, Theoderico de waltzheym, Heyncone de bancz, Michaele de franckenforde, canonicis lubucensibus. — —

Wohlsbrück I, 456.

XLVI. Herzog Bolko von Schlesien bestätigt den Verkauf von Laudow und Marchinowitz an den Bischof von Lebus, am 23. April 1340.

Nos Bolko, dei gratia dux Silesie et dominus de Fürstenberg et in Monstereberg, ad Vniuersorum — noticiam volumus deuenire, Quod constitutus in nostri presencia Henricus de Huguwiz, miles, fidelis noster dilectus, — — — totam villam, que Laudow Polonicis dicitur, et alodium Marchinowitz, nostri Strelinensis districtus cum sculteto ejusdem ville et seruicio per eundem sculetum debito et omnibus ejus appendiciis, quouis nomine vocentur, pro certa summa pecunie, — — Venerabili in Christo patri ac domino, Domino Stephano, Lubucensi Episcopo, Nec non sancte Marie Ecclesie sue Cathedrali, rite et racionabiliter vendidit iustoque vendicionis titulo coram nobis ad manus honorabilium et sapientum virorum Domino Jacobo de Borek et Heinconis de Bantseh, Canonicorum Ecclesie memorate ibidem presencium, — — — resignauit. Nos easdem vendicionem et resignacionem — — — gratas, ratas et acceptas habentes, presentis scripti patrocinio confirmamus, eandem quoque villam cum sculteto et alodium cum omnibus prouentibus — — — totoque nostro dominio nobis ibidem competente, Puta superiori et inferiori iudiciis, dextrarali seruicio, collectis, contribucionibus, petitionibus, angariis et generaliter cum omnibus iuribus ad nos respicientibus, Exactionibus, pecuniis, monetilibus, annonis, vecturis, araturis, stacionibus, que vulgo Legir nuncupantur, et prout eadem villa et alodium ab antiquo in suis terminis circumferencialiter distinguuntur. Nulla nobis in premissis aut eorum aliquo preter iudicium sanguinis, utpote capitis et membrorum, et tertium denarium de penis iudicariis, culpis et emendis ex iudiciis sanguinis dontaxat prouenientibus, iurisdictione et proprietate penitus reseruata: Prenominato Domino Episcopo et ejus predistincte Ecclesie Cathedrali in proprietatem et proprium damus, conferimus et donamus pacifice et quiete perpetuis inantea temporibus possidendum, Cum plena licencia et commoda facultate, sub predictis libertatibus, Immunitatibus siue graciis, vendendi, obligandi, permutandi, alienandi et tanquam de re propria et aliis ipsius Ecclesie patrimoniis ad suum et successorum ejus beneplacitum faciendi. Harum sub nostri majoris sigilli testimonio literarum Dominis Henrico predicto, Peregrino de Petirzwald, Churdebach, Ottone juniore de Glubos, militibus, Ottone de Borsnitz de Prus, Peczone de Siffursdorff et domino Petro, Curie nostre Notario, fidelibus nostris, testibus ad premissa. Datum et actum Glacz in Castro superiori, Anno domini M^o. CCC^o. XL, Nono Kal. Maij.

Bohlerück I, 517.

XLVII. Heinrich, Bischof von Lebus, schenkt dem Vicarien-Collegio seiner Stiftskirche zwei Höfe nebst der Schäferei in Kliestow, am 19. Oktober 1362.

Nos Henricus, dei gratia episcopus ecclesie Lubucensis etc. — Damus et legamus de consensu et assensu Capituli nostri Lubucensis discretis viris et honestis Dominis vicariis,

qui sunt et qui pro tempore fuerint in ipsa ecclesia nostra Lubucensi. Ac etiam ex nunc Appropriamus et incorporamus iisdem perpetui nomine testamenti in villa Clifto w nouem manfos, quinque uidelicet, quos colit Michael Lifck, et quatuor, quos coli facit Gerdrudis, relicta Hentzkonis Leonis bone memorie, quondam oppidani in Franckenfordis, cum curiis, areis, edificiis, metis — — cum vno opilonatu seu pastura ouium, quotquot ibidem pasci poterunt vel nutriri, nec non censibus, redditibus — — nullo penitus onere seruitii, solutionis aut alicuius emolumenti subventionis nobis retento in eisdem manfis antedictis — —. Censuum prefatorum nouem manforum tantus est et esse consuevit, vt infra sequitur, uidelicet de quolibet manfo in quolibet festo Sancti Martini Episcopi duo solidi denariorum Brandenburgensium, septem modii filiginis et septem modii auene et vnum quartale pisi. Et in quolibet festo Sancti Nicolai episcopi ratione precarie duo solidi et dimidius denariorum Brandenburgensium et vnus modius auene et dimidius modius filiginis et dimidius modius ordeis, et in festo Sancte Walpurgis iterum ratione precarie duo solidi et dimidius similiter denariorum Brandenburgensium singulis annis soluuntur et solui consueverunt. Volentes insuper et ordinantes, quod de predictis nouem Manforum redditibus in quolibet anniuersario Reuerendi patris Domini Apitzkonis, episcopi quondam Lubucensis, due marce argenti Brandenburgensis. Et due similiter marce — in quolibet nostro anniuersario nobis iubente Domino viam ingresso carnis vniuerse equaliter inter eosdem vicarios tantummodo, qui in ecclesia Lubucensi tunc presentes eisdem anniuersariis interfuerint personaliter — dividantur. Residua quoque pars eorundem nouem reddituum manforum, in vsus et in vtilitates prefatorum vicariorum — sicut ipsis et pro ipsis melius et utilius — videbitur, conuertatur, prouiso tamen, quod si aliquis ex predictis vicariis in ipso loco Lubucensi infirmaretur vel plures infirmarentur aut distemperantiam Corporis notabiliter pateretur vel paterentur tempore peragendorum anniuersariorum predictorum, illi vel illis pars vel ipsorum iuxta numerum tunc ibidem interessentium secundum ratam cuiuslibet ad curiam vel ad hospicium ipsius vel eorum pro ipsis plenarie presentetur, in quo casu et in nullo alio absentia predictorum vicariorum et cuiuslibet ipsorum, quoad premissa poterit et debet excusari. — In quorum euidentis testimonium — discretos viros nobis in Christo dilectos Dominos Johannem Waffersehlewen et Winandum List, presbyteros vicarios in dicta nostra ecclesia Lubucensi, nomine totius vniuersitatis supradictorum vicariorum — de predictis nouem manfis — — per annum nostrum — — inuestiuimus — — et his scriptis nostro et capituli nostri Lubucensis sigillis sigillatis et appensis, presentibus honorabilibus et discretis viris Dominis Conrado de Krutzemareck, Decano, Theodorico de Walzheim, Archidiacono, Hermanno de Kleptz, Bernhardo de Hamborch et Johanne de Drosna, Canonicis Lubucensibus Capitulariter congregatis — Ac Domino Hermanno, rectore in Spudelow, Capellano nostro, testibus vocatis et rogatis — —. Datum et actum in Szelaw, in crastino Sancti Luce Euangeliste, Anno Domini M^o. CCC^o. LXII^o.

Boßbrück III, 242.

LXV. Bischof Heinrich von Lebus stellt eine Versicherungs-Urkunde über den mit dem Markgrafen Ludwig abgeschlossenen Vergleich aus, am 17. Juni 1354.

In nomine domini Amen. Nos Henricus, dei gratia Episcopus ecclesie lubucensis, recognoscimus publice per presentes, nomine nostro et vice ac nostrorum successorum Episcoporum lubucensium, nec non nos Johannes prepositus, Conradus decanus et Capitulum lubucense nostro et dicte ecclesie nomine, quod nos deliberato animo, libera voluntate non coacta, neque per errorem, matura deliberatione precedente, vocatis et citatis omnibus et singulis personis, que citande et vocande fuerant, precedente sollempni tractatu, consideratis et pensatis profectu et vtilitate ecclesie nostre lubucensis predicte, quem et quam in hoc consistere cognouimus manifeste, Cum Illustri et Magnifico principe domino Ludowico Romano, Marchione Brandenburgensi, suo nomine et vice ac fratrum suorum Ludowici et Ottonis et heredum ipsius et ipsorum, necnon omnium amicorum ipsorum, quos tangit causa et negotium infra-scriptum, et specialiter nobilis viri Guntheri Comitis de Swartzburg et domini in Spremberg, Consulium et vniuersitatis et opidi vrankenuorde et omnium eorum subditorum, Comitum, Baronum, militum et

militarium, ecclesiasticarum et secularium personarum, amicabilem compositionem, pacem perpetuam et concordiam fecimus et facimus per presentes super omnibus litibus, controuerfiis et causis et maxime super Jure patronatus parochialis ecclesie Sancte Marie in vrankenuorde nostre diocesis lubucensis et super Jure quarundam curiarum in vrankenuorde, quas nos asseruimus ad nos legitime pertinere, et super Jure opidi Drosne et ville Vurstenuelde et super Jure dimidie decime per totam dictam nostram dioecesin et super omnibus aliis et singulis causis et negotiis, expensis, debitis, sumptibus, dampnis et interesse, quocunque nomine censeantur, quas et que nos ipsi domino Ludowico Romano, fratribus suis predictis dictoque Comiti de Swartzburg, omnibus et singulis Ciuitatibus suis et ipsorum et opidis Marchie Brandenburgensis et Lusatie, terris et subditis ipsorum, clericis et laicis, mouimus in Curia Romana et extra in iudicio uel extra usque in hodiernum diem, de verbo ad verbum, sicut inferius continetur. In primis predicti domini Ludowicus Romanus et fratres sui et heredes ipsorum nobis de et pro omnibus causis, debitis, expensis, dampnis et interesse, quibuscunque nominibus nominentur, quas et que ipsis mouimus, et illi de Swartzburg ac omnibus et singulis consanguineis et amicis ipsorum, consulibus, vniuersitati ac opido Vrankenuorde et omnibus et singulis terris ipsorum, tam ab ista parte albee, quam ad aliam partem albee, odere et Warte ac omnibus et singulis terris ipsorum, ciuitatibus, opidis, subditis, militibus et militaribus, clericis, ecclesiasticis personis et laicis, et precipue pro renuntiatione Juris patronatus dicte ecclesie vrankenuordensis et pro opido drosna et villa vurstenuelde et dimidia decima et pro omnibus aliis et singulis causis et negotiis dare et persoluere debent duodecim milia marcarum argenti Brandenburgensis, de quibus nobis dare et persoluere tenebuntur sex milia predictarum marcarum in pecunia, pro qua ipsorum opidani, milites et militares, residentes in dicta diocesi, nobis fecerunt fideiussoriam cautionem, sicut In literis ipsorum desuper confectis plenius continetur, de quibus omnimode contentamur. Pro aliis sex milibus marcarum argenti predicti recompensando nobis ipsas cum bonis immobilibus dimiserunt et donauerunt nobis, nostris successoribus, qui pro tempore fuerint, ac capitulo nostro Lubucensi opidum ipsorum Vurstenwalde et castrum cum Jurepatronatus ibidem cum infra scriptis villis, videlicet Demenitz, Valkenberg, Hafinuelde, Willemsdorp, Neuendorp, Berkenbrugge, Trebus, Beruelde et Jankindorp, In quibus villis nobis dimiserunt, designauerunt et donauerunt quingenta frusta siue talenta annuorum reddituum denariorum Brandenburgensium antiquitus datiuorum et vsualium, et si in predictis villis defectum dictorum quingentorum frustorum siue talentorum aliquantulum patiamur, hunc in villis vicinis complere et supplere tenebuntur. Predictum opidum Vurstenwalde et castrum et villas cum merica et silua Liuenberg et taberna ibidem ac etiam Lubus, castrum et opidum, et vicum piscatorum, qui vulgariter kys nuncupatur, libere cum omnibus et singulis pertinentiis ac curiam Conradi Strans cum quinque mansis, Theolonio in Lubus duntaxat excepto, quod sibi dictus dominus Ludowicus Romanus, fratribus suis et heredibus omni Jure, sicut prius illud habuerunt et tenuerunt, libere reseruauit, ad predictum opidum et castrum Lubus dimisit, dimittit, donauit et donat nobis proprietatem trecentorum frustorum siue talentorum annuorum reddituum denariorum Brandenburgensium, et eam nobis dimittit, donat et designat in omnibus et singulis mansis pertinentibus ad curias vassallorum suorum, qui morantur ante et supra opidum Lubus et in aliis bonis inferius denotatis, in villa tota Podultz et in villa Schoenuleyt et in ambabus curiis Knuffin, predicta omnia et singula bona, opida et castra dimisit, dimittit, donauit et donat Nobis et nostris successoribus, Capitulo et ecclesie Lubucensi, cum omni proprietate, cum pleno dominio, cum omni jure vassallorum et directo dominio, cum omni

libertate, cum omni iudicio supremo et infimo, cum omnibus fructibus, redditibus, iuribus, prouentibus, utilitatibus, commodo et honore, Theolonio et conductu, granitiis, gadibus et limitibus, pratis, pascuis, paludibus, aquis, piscaturis, venationibus, sicut ab antiquo clare memorie Marchiones Brandenborgenses, predecessores eius et eorum, tenuerunt et habuerunt, sic quod ipsi domini Ludowicus Romanus, fratres eius predicti et heredes eorum non debeant aliquod nouum Theolonium vel conductum inducere vel imponere quouis modo, quibus impediatur in Vurstenwalde theolonium et conductus, ac cum omnibus contentis et comprehensis infra limites prenotatos ac cum omnibus pertinentiis omnique dominio presenti et futuro. Predictas munitiones, opida et Castra faciendo omnibus modis, sicut magis nobis et nostro Capitulo utilius et utiliora fuerint, muniendo easque et ea construendo ac muris circumdando, sicut melius poterimus, valebimus et ualemus. Predictae munitiones, castra et opida Vurstenwalde et Lubus dictis dominis Ludowico Romano ac eius fratribus et heredibus eorum in omnibus necessitatibus eorum debebunt perpetuo contra omnes et singulos ipsorum inimicos nullis exceptis esse parate pariter et aperte ac aperta, sic quod eas et ea intrare et exire cum populo ipsorum contra ipsorum inimicos semper poterunt et ualebunt, quandocunque necessitas ipsum et suos fratres ac ipsorum heredes artabit et fuerint indigentes. Predictus quoque dominus Ludowicus Romanus Marchio promisit suo et fratrum suorum et heredum nomine bona fide, Nos Episcopum et nostros successores et capitulum Lubucense ac nostra et eorum bona defendere et tueri ac placitare, sicut seipsum et eius bona. Si uero dictus dominus Ludowicus Romanus, fratres sui et eorum heredes nobis Episcopo et Capitulo nostro Lubucensi disbrigabunt ab illis de Vchtenhagen, uidelicet Henningo milite et Henrico, fratribus, uasallis suis Castrum et opidum Sunnenborgh et villas Priberow, Mechow, Creschitz, Oynitz, Trebbow, Henrichsdorp et dimidiam villam tzernow cum villa Gartow et nobis Episcopo et Capitulo illud et eas appropriauerit, liberauerit et dimiserit cum omni proprietate, cum pleno dominio et iurisdictione ac iure uasallorum et directo dominio ac omni libertate, cum omni iudicio supremo et infimo, cum omnibus fructibus, redditibus, iuribus, prouentibus et utilitatibus, commodo et honore, Theolonio, granitiis, gadibus et limitibus, pratis, pascuis, paludibus, aquis, piscaturis, venationibus, agris cultis et incultis, lignis, rubetis, molendinis cum loco molendini ac singulis et uniuersis pertinentiis ad eadem bona spectantibus ab antiquo ac libertabit infra hinc et a festo beate Walburgis proxime affuturo ad unum annum, sic quod nos Episcopus et Capitulum de eisdem bonis quoad emendationem et fortificationem ipsorum disponere et ordinare poterimus, prout de bonis Vurstenwalde et Lubus superius est expressum, extunc nos Episcopus et nostrum Capitulum dicto domino Ludowico Romano fratribusque suis et heredibus representare seu reddere tenebimur Castrum Lubus et opidum liberum et solutum cum omnibus bonis, que ipse et ipsi cum eisdem Castro et opido dimiserunt, prout superius sunt notata. Omnes quoque munitiones, quas nobis et nostro Capitulo dimisit, debebunt esse ipsi domino Ludowico Romano, fratribus eius et eorum heredibus aperte ad omnes necessitates eorum. Et nos Episcopus et Capitulum possumus et poterimus eas muniti et firmare muris et aliis modis, sicut magis nobis videbitur expedire. Propter premissa omnia et singula ipsi domino Ludowico Romano, fratribus eius predictis et eorum heredibus Nos Episcopus predictus nostro et ecclesie nostre nomine contulimus iusto pheiudi titulo opidum Droffen et villam Vurstenuelde nostre Lubucensis diocesis cum omni iure et dominio ac pertinentiis uniuersis. Preterea Nos Episcopus et Capitulum Lubucense predicti renuntiamus omni iuri, actioni et impetitioni, quod et quas habuimus coniunctim vel diuisim in iure patronatus ecclesie parrochialis Sancte Marie in Vrankenuorde,

ad quam vnam personam iam presentare poterit et in futurum semper ipse, fratres sui et eorum heredes, quancumque et quotienscumque vacauerit dicta ecclesia, ac perpetue ad eam debebunt et libere poterunt vnam ydoneam personam nobis Episcopo Lubucensi et nostris successoribus presentare, cui persone conferre debebimus curam animarum dicte ecclesie, omni impedimento remoto. Preterea septem Curias in ciuitate Vrankenuorde, quas nostrum Capitulum Lubucense ad se pertinere dicebat, debebunt manere tam libere, quod ipsum Capitulum nullum ius omnino in eis debeat optinere. Sed nos Episcopus Curiam nostram, quam habemus in dicta ciuitate, habere libere et possidere debemus in antea, sicut prius, omni iure, modo et forma, quibus alii Episcopi Lubucenses prius eam etiam possidebant. Ac etiam in dimidia decima dioecesis nostre Lubucensis, quam in Romana curia optinuimus per sententias, ammodo nil Juris habebimus. Et nos quoque Episcopus et Capitulum Lubucense nunquam debebimus neque possumus edificare seu construere cathedralem ecclesiam in opido Vrankenuorde aut infra limites opidi supradicti. Insuper omnia Jura, sententie et processus, que et quas optinuimus in curia Romana et extra contra dictum dominum Ludovicum Romanum ac fratres eius, predictum Guntherum de Swartzborg ac omnes ipsius et fratrum eius subditos, ecclesiasticas personas vel seculares, nullius momenti vel firmitatis in antea esse debebunt, sed omni prorsus carere roboris firmitate, proinde ac si nunquam obtente fuissent. Sed perpetua concordia et amicitia inter nos mutuo manere debet et ipse dominus Ludovicus Romanus, eius fratres et heredes nullam penam incidere debent propter premissas sententias vel processus verbis atque factis. Nos etiam presentare debemus omnes et singulas sententias excommunicationis vel interdicti ac processus contra ipsum dominum Ludovicum Romanum ac eius fratres, dominum de Swartzborg ac omnes et singulos subditos eorum ac alios, qui eis adheferunt, optentos in curia Romana vel extra, ac alias etiam vbicumque omnia etiam et singula priuilegia et litere tangentes dictam causam et materiam, et alia puncta et articuli comprehensi in forma presentis compositionis debebunt nunc et semper carere omni roboris firmitate ac nulla, nulli et nulle esse debent omnino ac irrita, irrita et inania et inanes, exceptis priuilegiis ecclesie lubucensis, que ab antiquo super Droffen et Vurftenuelde ecclesia lubucensis habuit et habet, hec in suo robore permanebunt, que tamen ipsis dominis Marchionibus Ludwico seniori et Ludwico Romano et Ottoni ac eorum heredibus nullum quoad presentem compositionem preiudicium generabunt; Sed infeudatio facta per nos Henricum Episcopum de dictis bonis Droffen et Vurftenuelde permanebit in sua roboris firmitate, non obstantibus priuilegiis supradictis. Debebunt insuper omnes lites, contentiones et discordie et omnes cause mote inter nos Episcopum et Capitulum Lubucense ac dictos dominos Ludovicum Romanum, Ludovicum seniore et Ottonem, fratres, et predictum dominum Guntherum Comitem de Swartzborg, Consules et vniuersitatem opidi eorum Vrankenuorde et ipsum opidum et omnes terras ipsorum, opida et subditos ac adherentes, quocumque nomine censeantur, ecclesiasticas vel seculares personas, viuos et mortuos, esse perpetue sopite, terminate, concordate et omnino finite, ac si nunquam suborte et mote fuissent, ab omnibus etiam et singulis expensis, dampnis et interesse factis in lite et propter litem ad causam predictam ac absolutionem ipsarum debent esse dicti Marchiones et alii omnes supradicti liberi et soluti, et quidquid perceptum et receptum est de decima nostra in dioecesi nostra lubucensi per quoscumque de bonis nostris et nostri Capituli, quicumque fuerint, qui hoc fateantur et recognoscant, quod nostram decimam adhuc detineant, habeant et possideant, hii soli decimam vnus solius anni nobis debitam nobis persoluere debebunt et tenebuntur et non de pluribus annis aliis, et si quid residuum de decima nostra fuerit vltra vnum annum, de quo

decimam persoluent, ut supra dicitur, pro illa qualicunque summa fuerit nos et nostri successores aut nostrum Capitulum lubucense uel singulares persone eius, nullum in dicta diocesi monere aut grauare debemus uerbo aut facto. Si tamen aliquis uoluntarie et non coactus de dicto residuo nobis Episcopo uel Capitulo aliquid dare uel persoluere uellet, quod non esset de decima unius anni, id recipere poterimus et alio nullo modo. Procurare etiam efficere et ordinare tenebitur dictus dominus Ludowicus Romanus, quod antedicti fratres sui predictam causam, placita ac compositionem et pacem firmiter et totaliter seruent et teneant. Procurabit insuper dictus dominus Ludowicus Romanus, quod prefatus frater suus, dominus Ludowicus senior, literas ratihabitionis presentis compositionis et ordinationis dabit nobis et nostro Capitulo Lubucensi a festo beati Jacobi proxime affuturo infra unum annum. Ceterum nos Henricus Episcopus nostrique successores et nostrum Capitulum lubucense debemus omnes milites et militares, ciues et villanos, quos nobis dictus dominus Ludowicus Romanus dimisit, in tali iure conseruare, in quo fuerunt apud ipsum dominum Ludowicum Romanum et eius fratrem Ludowicum predictum. Insuper de omnibus et singulis munitioibus, Castris, opidis et terris, quas et que nobis dictus dominus Ludowicus Romanus dimisit et donauit, debemus ipsorum subditos, milites et militares, Ciues et villanos, clericos et laicos, ecclesiasticos et seculares personas in tali iure dimittere et conseruare, sicut antiquitus est seruatum, et quod etiam ipsi probare et docere poterunt cum priuilegiis et Instrumentis aut uiris ydoneis et honestis, siue fuerit flouium odere descendendo uel ascendendo aut alio modo cum omnibus et singulis mercimoniis et negotiationibus ac in omnibus aliis causis, qualescunque et quantecunque fuerint, siue in aquis fuerint uel in terris. In quorum omnium et singulorum euidenciam et certitudinem firmiorem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Presentibus Magnifico principe domino Henrico duce Glogouiensi, Religioso uiro domino Hermanno dicto de Werberg, preceptore ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, ac honorabilibus uiris dominis Johanne preposito et Conrado decano predictis, nec non Theoderico Archidiacono, Hermanno de Cleptzik, Johanne de Gronenberch et Nicolao de Kalow, canonicis nostre lubucensis ecclesie, fratribus nobis in Christo dilectis, ac nobili uiro domino Gunthero Comite in Swartzborg et domino in Spremberch, Gunthero Comite Juniore in Swartzborch ac Strenuis uiris Frederico de Lochen, Nicolao de Kokeritz, Magistro Curie prefati domini Ludowici Romani Marchionis, Hermanno de Wulkow, Wilhelmo Pincerna de Bombrecht, Betkino de Ost ac Petro de Trutenberch, militibus, Theoderico Morner, preposito in Bernow, Prothonotario dicti domini Marchionis, Nicolao dicto Bismarc ac Bernardo, notario nostro, ac pluribus aliis fide dignis. Datum Vrankenuorde nostre Lubucensis dioecesis, Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo quarto, feria tertia infra Octavas Corporis Christi.

LXVI. Bischof Heinrich von Lebus bekundet die nach mit ihm getroffenen Vergleichs am 27. Juni feierlich zu Frankfurt erfolgte Lösung des Markgrafen Ludwig des Ältern, des Markgrafen Ludwig des Römers und des Grafen Günther von Schwarzburg aus dem Kirchenbanne, am 5. Juli 1354.

In nomine Domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia Episcopus Lubucensis, notum facimus, quod Magnus princeps Dominus noster, Dominus Ludovicus Romanus, Marchio Brandenburgensis illustris, pro se ac fratre suo Domino Ludovico seniore, spectabili viro Domino Gunthero Comite de Schwartzburgk, consulibus et vniuersitate opidi Vranckenvort nostre Lubucensis Diocesis, omnibus et singulis sibi et eis adherentibus et in processibus comprehensis super omnibus damnis, injuriis, violentiis et molestationibus, nobis, Ecclesie nostre ac capitulo nostro illatis, nobiscum et eisdem Ecclesia et capitulo amicabiliter concordauit. Propter quod ad instantiam nostram et nostri capituli a sententiis excommunicationum et aggravationum auctoritate sedis Apostolice in eos latis per venerabilem virum Dominum Nicolaum, Archidiaconum Legnicensem, ad hoc speciale mandatum habentem Apostolicum in scriptis, die XXVII mensis iunii sunt et fuerunt in Cimiterio parochialis Ecclesie Sancte Marie ibidem in Vranckenvord publice et solenniter absoluti, quos etiam omnes et singulos absolutos esse protestamur et nihilominus in his scriptis eosdem et eorum singulos absolutos publice nunciamus. Datum Furstenwaldt, die V^o. Mensis iulii, presentibus venerabilibus viris Dominis Johanne, preposito, Theodorico, Archidiacono, Johanne de Cronenberg et Nicolao de Barek, Canonicis dicte nostre Ecclesie Lubucensis, fratribus nobis in Christo dilectis, testibus ad premissa, anno Domini MCCCLIV.

Schöttgen et Kreyssig Dipl. I, 395.

LXVII. Bischof Heinrich von Lebus transsumirt eine dem Kloster Paradies angehörige Urkunde des Bischofes Paulus von Posen, am 5. Dezember 1354.

In nomine domini Amen. Nos Henricus, Dei gratia episcopus Lubucensis, uniuersis et singulis presens transsumptum seu exemplum inspecturis volumus esse notum, quod constitutus in nostra presentia Religiosus vir frater Andreas de Crofna, Monachus Monasterii de Paradiso Sancte Marie, poznaniensis diocesis, nobis quasdam litteras sigillatas, duobus sigillis pendentibus in duabus zonis de rubro serico, videlicet felicitis recordationis domini Pauli, quondam episcopi poznaniensis, et sui capituli, prout inferius describentur, sanas et integras ac omni suspicione carentes exhibuit, petens nomine dicti sui monasterii, ipsas litteras auctoritate nostra ordinaria exemplari sub manu publica fideliter transsumendas. Quarum litterarum tenor talis est. (Urkunde des Bischofes Paulus von Posen für das Kloster Paradies vom 1. Februar 1234.) Quibus quidem litteris duo sigilla oblonge figure de cera glauca erant appensa etc. — In cujus rei testimonium et euentiam pleniorum idem transsumtum per manum Bernardi, notarii nostri infra scripti, scribi

et publicari mandavimus nostrique sigilli, quo ad causas utimur, appensione muniri. Actum Uran-
kenuord in domo habitationis nostre, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto,
Indictione octava secundum consuetudinem gnesnensis provincie, die quinta mensis Decembris, pre-
sentibus honorabilibus et discretis viris dominis Theodorico, archidiacono lubucensis eccle-
sie, fratre nobis in Christo dilecto, Michaelae, ejusdem ecclesie perpetuo vicario, Johanne,
plebano in Sommeryelt, Michaelae de Czormendorf et Bernardo de Storkow, clericis
Misnensis et Lubucensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Bernardus Braxator, clericus Trajectensis diocesis, publicus imperiali
auctoritate notarius, de mandato domini, domini mei episcopi, cujus sigillum presenti trans-
sumpto est appensum, et ad requisitionem dicti fratris Andree predictas litteras originales
transsumpsi etc. etc.

Mus. Raczyński's Cod. Polon. I, 10.

LXVIII. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt die vom Bischofe zu Lebus angeordnete
Trennung der Filialkirche zu Tucheabant von der Pfarrkirche zu Lebus,
am 20. September 1355.

Ad perpetuam rei memoriam Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. At-
tendentes et considerantes ordinationem et dispositionem venerabilis in christo patris et domini
nostri, domini hinrici, episcopi Lubucensis, de ecclesia parochiali sancte Marie opidi Lubus
et filia ipsius Tucheabant sue dyocesis, que in tantum distat ab ipso opido, quod commode rector
ecclesie in Lubus non potest parochianis in thuchebant sacramenta ecclesiastica ministrare, qua
voluit et disposuit auctoritate sua ordinaria ad ecclesiam parochialem opidi predicti non debere in
antea villam Thuchebant tamquam filiam aliquantulum pertinere, sed diuisit easdem ab inuicem,
quod ammodo villa Thuchebant parochia per se esse debeat, habendo rectorem specialem,
dicte parrochie Lubus, sicut prius, nullatenus subessendo. Ne occasione dicte diuisionis ecclesia
ipsa opidi lubus dampnum et preiudicium incideret, quouismodo voluit et vult idem dominus
noster episcopus, quod patroni et domini ville Thuchebant, henningh et Otto haken, patri,
fideles nostri dilecti, ad vsum, vtilitatem, commodum et honorem perpetuum dimittere et assignare
debeant predictae ecclesie parochiali opidi Lebus vnum frustum reddituum, situm in dimidietate
reddituum iudicii opidi supradicti, cuius frusti proprietatem et ipsum frustum cum omnibus Juri-
bus, prouentibus, redditiibus et pertinentiis vniuersis, quibus illud habuerunt et tenerunt dicti
haken a nobis, dedimus et donamus pure et simpliciter propter deum plebano et rectori ecclesie
parochialis opidi memorati et omnibus successoribus ipsius habendum in salutare remedium anima-
rum progenitorum nostrorum, nostre, heredum et successorum nostrorum tenendum perpetue et
pacifice possidendum de expressa et libera voluntate ipsorum haken, qui nobis propter hoc humi-
liter supplicarunt. Renunciantes etc. presentibus haffone de valkenburg, camere nostre ma-

gistro, Roehgow, wulkow, zachger, militibus, hen, de eykstedden, Thid. morner, preposito etc. Datum Struzbergh, anno LV^{to}, die dominico ante festum beati Mathei.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Voigteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow, No. 51.

Et ego Henricus archiepiscopus elector ecclesie palatine Rhodane, dilectis filiis Ludwico Margrave de Romanis, Michaeli de Cormanburch et Bernardi de Storkow, clero, salutem in domino sempiternam. Causa prelati et romanorum.

Quia Henricus archiepiscopus elector ecclesie palatine Rhodane, dilectis filiis Ludwico Margrave de Romanis, Michaeli de Cormanburch et Bernardi de Storkow, clero, salutem in domino sempiternam. Causa prelati et romanorum.

LXIX. Markgraf Ludwig der Römer bekennet, dem Ritter Herrman von Wulkow 15 Mark Brandenburgischen Silbers schuldig zu sein für einen Hengst, den dieser an Henzke von Waldow gegeben hat, am 15. Mai 1356.

Wir Ludewig der Römer etc. bekennen etc., daz wir schuldig sint vnd gelten sollen deme vesten manne hermanne von wulkow, rittere, vnserm lieben getrewen, vnd sinen elichen erben funfzehn margk Brand. silbers, gnediglich ze bezalende vf den nechsten sent Martins tagh, vor einen henggest, den her gegeben hat von vnser weggen hentzken von waldow, rittere, vnserm lieben getrewen, die her vns ouch sal abellan von den schulden, die wir im schuldigh sint, ader den eghenanten hermanne von wulkow zu vorguthende mit guther, ob ez ledigk wirt binnen der ziet in der voytigen ze lubbus. Tu wir aber des nicht, so sal hers nemen vz der irsten beeten, die wir nemen werden vz deme land zu Lubbus. Mit orkund etc. Datum Berlin, anno LVI^{to}, dominica Jubilate.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Voigteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow, No. 56.

Ad gerendum rei memorie. Quod nos Ludewicus Romanorum Imperator etc. dilectis filiis Henrico de Rosenthal, sculteto in Rosenthal, super quibusdam mansis, agris, — —. Tandem constituti coram nobis Henrico episcopo Lubucense — procurator dicti Monasterii ac prefatus Petrus de Berenuelde — — —, Petrus predictus de Berenuelde, scultetus in Rosenthal, habere debeat septem mansos libere ad suum ibidem in Rosenthal iudicium pertinentes, de quibus domino Abbati ratione seruitii vnus equi pheodalis quindecim solidos denariorum Brandenburgensium dabit in festo beati Martini annis singulis, Et debet magistrum curie in Warin cum decenti familia vno prandio ter in anno quolibet procurare, cum voluerit in Rosenthal prouincialibus vel magnis iudiciis presidere. Insuper idem Petrus de Berenuelde de tribus mansis rusticalibus,

LXX. Bischof Heinrich von Lebus stellt die Leistungen des Schulzenamtes in Rosenthal fest, im Jahre 1358.

Orta controuersia inter Abbatem Saganensem ac discretum et honestum Petrum de Berenuelde, scultetum in Rosenthal, super quibusdam mansis, agris, — —. Tandem constituti coram nobis Henrico episcopo Lubucense — procurator dicti Monasterii ac prefatus Petrus de Berenuelde — — —, Petrus predictus de Berenuelde, scultetus in Rosenthal, habere debeat septem mansos libere ad suum ibidem in Rosenthal iudicium pertinentes, de quibus domino Abbati ratione seruitii vnus equi pheodalis quindecim solidos denariorum Brandenburgensium dabit in festo beati Martini annis singulis, Et debet magistrum curie in Warin cum decenti familia vno prandio ter in anno quolibet procurare, cum voluerit in Rosenthal prouincialibus vel magnis iudiciis presidere. Insuper idem Petrus de Berenuelde de tribus mansis rusticalibus,

quos in Rosintal colit — — Item super predictis manſis tenebit quinque tantummodo ortulanos. Item tenebit gregem ovium liberum — — Actum et datum in domo noſtra in Zelow, in die Beate Katharine, M^o. CCC^o. LVIII^o., preſentibus Nyccolao de Bork, canonico noſtro lubucenſi, et Magiſtro Apetzcone, rectore eccleſie in Doſbyr, ac religioſis viris dominis Johanne de Hoyn, Commendatore, et Conrado tabelyn, priore in leysna, domino Hermanno de Wulkow, militibus, Dypprand et Johanne de Schaplow, betkino berenuelde, frederico Mildenhofſt.

Wohlbrück I, 226.

LXXI. Heinrich, Biſchof von Lebuſ, beſtätigt den Kalend in Fürſtenwalde,
am 23. April 1365.

Henricus, Dei et Apoſtolice ſedis providencia Epicoſopus Lubucenſis, Vniverſis Sancte Matris Eccleſie filiis, ad quos preſentes pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti accepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet enim nos diem meſſionis extreme operibus miſericordie prevenire ac hic in terris ſeminare, quod reddente Domino cum fructu multiplicato in celis recolligere valeamus, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce et metet, et qui ſeminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet vitam eternam. Cupientes igitur, ut Fraternitas Fratrum Kalendarum, que quondam ſuit in Fürſtenwalde et nunc aliquando ſolet eſſe in Monkeberg et aliquando in Villis circumjacentibus noſtre Lubucenſis Dioceliſ, que ab antiquo ordinata eſt in honore omnipotentis Dei et beate Marie Virginis ejuſdem genitricis et omnium Sanctorum, variis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, quam etiam tenore preſentium in nomine Domini confirmamus, omnibus vere penitentibus, contritis et confeſſis, qui eandem Fraternitatem in quatuor feſtivitibus infra ſcriptis, videlicet nativitatſ Chriſti, Paſche, Sancti Johannis Baptiſte et in Feſto Sancti Michaelis Archangeli, quocunq; et quandocunq; celebrabitur cauſa devocionis, dictam Fraternitatem acceſſerint, matutinis miſſis, Veſperis ſeu aliis divinis horis dicte Fraternitati interſuerint, ſeu qui Fraternitati predicte ad Luminaria, Ornamenta comparanda ſeu emenda de bonis ſibi a Deo collatis, manus eidem porrexerunt adjutrices, ac etiam qui qualiacunq; Karitative ſervitia predicte Fraternitati impenderint, vel quidquam pii operis vel actus prenarate Fraternitati fecerint, quandocunq; et quotieſcunq; premiſſa, vel aliquid premiſſorum devote fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejuſ autoritate conſiſſi quadraginta dies indulgentiarum de injuncta iis penitentia miſericorditer in Domino relaxamus. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Lubuſ, Anno Domini Milleſimo trecentefimo ſexageſimo quinto, in die Sancti Adalberti Martyriſ.

Rehrberg's Geſch. von Königsberg I, 256.

LXXII. Markgraf Otto verzeiget der Kirche zu Lebus Frauendorf und Pamezyn,
am 23. Februar 1367.

In nomine Domini Amen. Quoniam, que sunt in tempore, ipsa ut plurimum que mater existat erroris, tollit obliuio, nisi literarum testimonio intuencium memoriis fuerint diligencius commendata, hinc est, quod nos Otto, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, sacri Romani imperii Archikamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauarie Dux, ad animum renocantes, quantam ecclesia Lubucensis huc usque molestiam passa sit et jacturas, diuini cultus ob augmentum, nostre quoque et predecessorum nostrorum felicis recordationis Marchionum Brandenburgensium animarum remedium sempiternum, honorabilibus viris preposito, decano totique capitulo ecclesie Lubucensis predicte dedimus, damus quoque mera et libera voluntate, iusto proprietatis titulo presentibus appropriando donamus proprietatem ville Vrouwendorff prope Oderam Lubucensis diocesis cum allodio siue campo Pamezyn cum omni proprietate et dominio, cum iudicio supremo et infimo, cum precaria ac seruicio curruum et quouis alio genere seruitutis cuiuscumque cum jure patronatus, cum mansis, agris cultis et incultis, cum omnibus suis iuribus, censibus, pactis, precariis, fructibus, usufructibus, cum jure Schultecie, cum molendinis et molendinorum aquis, aqueductibus, riuolis, stagnis, piscinis, — utilitatibus prefatis ville Vrouwendorff et allodio Pamezyn ex jure, consuetudine vel ex debito pertinentibus ex antiquo, cum quibus dictorum bonorum venditores, videlicet Henricus, custos Glagouiensis, Jenikinus, miles, Fredericus et Otto, fratres, dicti Sak, et ipsorum progenitores hactenus bona tenuerunt prenotata, que etiam cum omnibus redditibus, libertatibus et iuribus uniuersis prefati prepositus, decanus et capitulum ecclesie memorate a predictis venditoribus pro parata sua pecunia rite et rationabiliter comparauerunt, et ipsi venditores in nostri ac totius consilii nostri presentia animo deliberato sponte ac libere resignarunt omnia et singula premissa donacionis et appropriacionis per nos, ut premititur, sic facte nunquam consensus efficacia et vigore habenda, tenenda et fruenda perpetuis quoque temporibus sine quouis nostra, heredum, successorum et officiorum nostrorum quorumlibet fatiga molestacione et inquietacione, ea quoque libertate et tuitione, quibus et alia ejusdem ecclesie bona tenent et tenebunt, pacifice possidenda, promittentes pro nobis, nostris heredibus et successoribus, quod prepositum, decanum totumque capitulum antedictum in hac gracia et dictorum bonorum et reddituum pacifica possessione per nos et nostros officiatos, qui nunc vel pro tempore fuerint, quibus id ipsam ex nunc pro ut ex tunc gracia nostre sub obtentu presentibus damus firmiter in mandatis, tueri, defendere debemus et volumus conseruare. Renunciantes nichilominus in premissis omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis, heredibus et successoribus nostris in dicte ville Vrouwendorff et allodii Pamezyn et omnium premissorum proprietate competebant seu quomodolibet competere potuerunt in futurum. In cujus rei euidentiam plenioris presentes sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes hujus sunt nobiles Henricus ac Guntherus Comites de Swarzburg, Domini in Arnstete et in Sundershufen, Alabertus Comes de Lindow ac strenui Johannes de Rochou, Hermannus de Wulkou, milites, Cuntzko de Stiuen, curie nostre Magister, ac Mathias de Bredow cum pluribus aliis fide dignis. Datum Spandow, anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, feria tertia post Dominicam Exurge.

Gercken's Cod. VI, 548, wo statt Pamezyn irrthümlich Pannezyn gelesen ist.

LXXIII. Peter, Bischof von Lebus, ergänzt den Vertrag vom Jahre 1368, worin er sich mit dem Könige von Polen gültlich geeinigt hat, und erkennt denselben als Schutzherrn seines Stiftes an, am 25. Juni 1369.

Nos Petrus, dei et Apostolice Sedis Gratia Episcopus Lubucensis, ad uniuersorum notitiam deducimus — quod orta dudum inter Dominum Henricum, bone memorie Episcopum Lubucensem, Predecessorem nostrum, et Capitulum suum Lubucense ab una, ac Serenissimum principem Dominum Kasimirum, Regem Polonie Illustrem, parte ab altera, materia questionis super occupatione, detentione seu spoliatione honorum, Villarum, Iurium, Jurisdictionum Ecclesie nostre Lubucensis in ipsius Regis Polonie Dominio et Regno constitutorum et in Romana Curia diutius ventilata, quamvis pro predicto Predecessore nostro et Capitulo ipsius ac contra Dominum Regem pridem lata fuit Sententia definitiva per — Nicolaum, olim Episcopum Tusculanum, Cardinalem, cui eadem causa cum per — Innocentium Papam Sextum, tum per Dominum Urbanum Papam Quintum — fuerat delegata, tamen quia appellatione interposita pro parte dicti Domini Regis ad Sedem Apostolicam, ab eodem ipsa Sententia multipliciter videbatur impugnari, Nos una cum Capitulo nostro volentes Nobis et Ecclesie nostre consultius providere, mediantibus — Dominis Jaroslao, Archiepiscopo Gnesnensi, nec non Floriano Cracoviensi et Joanne Posnaniensi Episcopis, per Concordiam in Kalisz, quarta feria infra Octavas Epiphanie Domini, sub anno Natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus et consentientibus Dominis Jacobo Engilgari, Petro de Loflavia, Joanne Conoplath, Nicolao de Bork et Nicolao Baran, Canonicis Ecclesie, et Procuratoribus Capiuli Lubucensis factam et sub Sigillis Regalibus — Dominorum Regum Hungarie et Polonie, nec non nostris — roboratam, omnem materiam questionis duximus sopiendam. Verum quia per oblivionem in dicta Concordia de infra-scriptis Articulis mentio aliqualis non habetur, pro qua timetur dicto Domino nostro Regi Polonie — in futurum — posse preiudicium generari, promittimus tenore presentium et spondemus, dictum Dominum Regem — — ullatenus vigore dicte Sententie ullo unquam tempore impetere, molestare vel quomodolibet impedire, imo prefate Sententie renuntiavimus et renuntiamus expresse per presentes. Item recognoscimus dictum dominum Regem Polonie nostrum et Ecclesie nostre verum Dominum et Patronum et ideo percepta omnia et singula ac expensas, ad quas dictus Dominus Rex Nobis et Capitulo nostro predicto per dictam Sententiam fuerat condemnatus, ponimus in gratiam eiusdem Domini Regis, sperantes indubie, ipsum virtute Nobilitatis sue etiam non coactum, Nos et Ecclesiam nostram Magnificencia Regia consolari, qui etiam si nihil faceret, quod non credimus, pro eisdem, ipsa tamen percepta ex expensis ab eodem Domino Rege petere nolumus in vita vel morte, nec notamus eundem propter hoc vel suos homines sive Terras incidisse in aliquas Suspensionis, Excommunicationis vel Interdicti finaliter latas, ab homine latas, canone vel statuto, et si forte notari possint incidisse quoquomodo, consentimus ipsos homines et Terras suas ab eisdem absolvi etiam ad cautelam per quemlibet superiorem idoneum et Interdictum huiusmodi relaxari. In quorum omnium evidentiam pleniorum presentes Literas in forma publica inscribi et per Notarium publicum infra-scriptum scribi fecimus et nostri Sigilli appensione muniri. Actum et Datum Cracovie in Domo habitationis Reverendi in Christo Patris Domini Jaroslai, divina providentia Sancte Gnesnensis Ecclesie Archiepiscopi, die XXV. Mensis Junii, hora vesperarum vel quasi, Anno Domini MCCC LXIX, Indictione septima. Presentibus Reverendis Patribus et Dominis, prefato Domino Jaroslao,

Archiepiscopo Gnesnensi, Dobrogostio, Decretorum Doctore, Preposito, Arnaldo de Taucina, Scholastico Cracoviensi, Belczone, Scholastico Gnesnensi, Clemente, Archidiacono Calisieni, Gnesnensis Diocesis, Joanne de Lessis, Preposito Lubucensi, Stanislao de Skrzyzny, Canonico Cracoviensi, et aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Et ego Nicolaus, quondam Michaelis de Radkowiecz, Clericus etc. — —

Et ego Amboldus, Joannis de Campino Clericus etc. —

Dogiel's Codex dipl. regni Polon. I, 594. Wohlbrück I, 594.

LXXIV. Die Markgräfin Katharina bestätigt den Städten und der Mannschaft in den Vogteien Lebus und Drossen ihre Rechte, am 24. Dezember 1369.

Wi Catherina, von Godes Gnaden Marggreuinne tu Brandenburgk vnde tu Lufiz, bekennen vnd thun kunt mit diesem bryue allen den, die in sehen oder horen lesen. Wenn die weisen vnd bescheiden Ratmanne vnd Bürger gemeinlich der Stete Frankenuord, Münchberg vnd Drossen vnd die vesten Manne, alle Ritter vnd Knechte, die in den Vogteien zu Lubus vnd zu Drossen gefessen sein, als Herman von Wolkou mit Valkenhain Haus vnd Stat, Henning vnd Otte Hake, Jacob Berenuelde, Jan . . . pelow vnd Jürgen von Lofsow vnd über der Oder Sterneberger Land, Lagou das Haus, Henzel von . . . nitz mit Rampiz, Hans von Waldow mit Königswalde Haus vnd Stat, die von Vchtenhagen mit Sonnenbergk Haus vnd Stat, vnd Pez von Lofsou mit Drentzigk, Botzow vnd Radachow, vnd darzu alle Ritter vnd Knechte vnd Landfessen, die in den ehegenanten Voigteien Lubus vnd Drossen gefessen sein vnd von Alder dahin gehören, als der Allerdurchlauchtigeste Fürste vnd Herre, Her Karell, Romischer Kaiser vnd Kunig zu Beheim, vnser lieber Vater vnd Herre, als ein Kunig zu Beheim, vnd die hochgeborne Fursten Wenzlaw, Kunig zu Beheim, vnser lieber Bruder, vnd Johannes, Marggraue zu Merhern, vnser lieber Vetter, dozu ihre Gunst, Willen vnd Word mit ihren offenen briuen mit rechter wissen haben gegeben, Als auch der hochgeborne Otto, Marggraf zu Brandenburg, vnser lieber Herre vnd ehelicher Wirt, sie mütlich hat geheissen, vns zu einen rechten Leipgedinge haben gehuldet vnd gefworen, vmb das haben wir gelobet vnd geloben mit craft dieses briues den ehegenanten vnsern Steten Frankenuord, Munchberg vnd Drossen, allen Bürgern gemeinlich vnd dozu allen Rittern, Knechten vnd Landfessen, die in den ehegenanten Voigteien zu Lubus vnd zu Drossen gefessen sein vnd von Alder dorinn gehören, auch allen den, die in den genanten vnsern Steten in zukümfügen Zeiten wonhaftigen werden, ob is zu sulchen schulden queme, das sie von Kraft dieser Huldunge an vns quemen, Dafs wir sie alle vnd iglichen befunder willen fridlichen lassen beleiben, geruhelich behalden vnd vestiglich beschirmen, bei aller freiheit vnd gnaden, bei allen rechten vnd gerechtigkeiten, bei allen Würden, Gemachen, Nutzen, Ehren vnd allen alden guten Gewohnheiten, bei alle dem, do di Fursten der Margke sie von besizung des Landes vnd der Stete bei behalden haben vnd gelassen, auch bei alle dem, defs sie bisher in Nutze vnd in Gewehre gewesen sein, vorben . . .

Vbungē oder von Gewonheit, als sie das haben von Kauffe, Gunfte oder von Gnaden, es sei an Eigenthumb, Lehen oder Erbe, an Gerichten, an Grenitzen, Wässern vnd an Wegen, bei den allen vnd iglichen befunden willen wir sie lassen vnd vestiglich halten. Auch geloben wir, die ehgenante Marggreuinne Catherina, das wir den ehgenanten vnsern Steten Frankenuord, Munchenberg vnd Drosfen, allen Burgern gemeinlich vnd iglichen besunder vnd allen Rittersn, Knechten vnd allen Landsassen, in den vorgenanten Voigteien gefelsen, vnverbrechlich zu halten alle briue, handuesten vnd priuilegia, do ihn von Herren der Margk, die von besizunge des Landes vnd der oft genanten Stete gewesen sein, Eynunge, Freiheit, Gnade oder Gerechtigkeit, Gemach, Nutze, Ehre oder Bequemlichkeit, Eigenthumb, Lehen oder Erbe inne vorbriuet ist, die wir alle mit craft dieses briues kreftiglich bestetigen, volworten vnd confirmiren in allen den Meinungen, Sinnen vnd Artikeln, diē do inne begriffen sein, zu halten vnd genzlich zu volziehen vnd in der besten gestalt vnd forme nicht zu engen, sunder zu bessen vnd zu mberen. Des zu Vrkund vnd steter Warheit ist vnser Insigel an diesen offenen briue gevangen, der geben ist nach Gotes geburt dreizehen hundert Jar vnd darnach in dem sieben vnd sechzigsten Jare, an des heiligen Christu auende.

Nach Gercken's Codex VI, 580.

LXXV. Markgraf Otto vereignet dem Lebuser Domstifte einige Seen,
am 13. Juli 1373.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Sancti Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauarie Dux, Notum facimus tenore presentium uniuersis, quod ob laudem et honorem omnipotentis Dei, sue gloriose genitricis virginis Marie et omnium Sanctorum diuini cultus augmentum, quem nostris temporibus desideranter affectamus augeri, Honorabilibus Preposito, Decano, Archidiacono ac toti capitulo ecclesie Lubucensis, deuotis nostris dilectis, appropriauimus et donauimus, appropriamus presentibus solenniter et donamus stagna et aquas infra scriptas Trepelin magnum et paruum, Hogenjezer, Modeliz, Erchow et Deme cum iure piscandi in Sprewa prope Fürstenwalde per medium milliare infra et super, cum Piscatoris, piscibus, fructibus exinde deuenientibus uniuersis, cum omnibus iuribus, commodis, honoribus, gratiis, libertatibus ac pertinentiis, quibus strenui Hermannus de Wulkow, miles, et Hermannus, residens in villa Trampe, patruus ejus, fideles nostri dilecti, dictas aquas hucusque a nobis in pheudum tenuerunt, a quibus etiam Hermannus et Hermannus Prepositus et Capitulum Lubucense predicti easdem aquas pro sua parata pecunia compararunt, quas etiam libere et spontanea voluntate ad dictorum prepositi et capituli Lubucensis usum coram nobis et nostro consilio resignarunt, nihil ipsis aut eorum heredibus in predictis aquis, piscaturis et earum usibus penitus reseruantes, in antea a nobis iusto proprietatis titulo ad habendum, fruendum quiete, pacifice et absque impedimento quorumlibet perpetue possidendum, renunciantes pro nobis, heredibus ac successoribus nostris omni iuri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in premisis stagnis, aquis, piscaturis

ac singularum earum pertinentiis competebat, competit aut competere potuit quomodolibet in futurum, volentes supra dictam donationem et appropriationem inantea perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruari. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum majus duximus presentibus appendendum, testibus reuerendo in Christo Domino Petro, dicte ecclesie Lubucensis Episcopo, ac strenuis Haffone de Vchtenhagen, Aduocato nostro, Ottone Grif, Camere nostre Magistro cum Ottone militibus, et Hinrico de Schulenburg cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Frankenuorde, anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, die Margarethe virginis.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives in Göttingen's Cod. IV, 575, jedoch mit dem falschen Datum 1370.

LXXVI. Bischof Peter von Lebus beschließt mit seinem Capitel, den Sitz des letztern nach Fürstenwalde zu verlegen, am 9. September 1373.

Petrus, dei et apostolice Sedis gracia Episcopus Lubucensis, honorabilibus et discretis viris . . . preposito, Decano totique Capitulo ecclesie nostre Lubucensis salutem etc. — Sane cum olim tempore tranquillitatis et pacis ecclesia cathedralis Lubucensis in Goricia prope Frankenuorde quasi in campis fuerat locata, ac tunc per ciues Frankenuordenses funditus et totaliter destructa et demolita, propter quod lis et controuersia inter prefatos ciues parte ex vna et Episcopos, predecessores nostros, ac capitulum Lubucense parte ex altera, aliquamdiu in Romana Curia vertebatur, ac postmodum discordia et lite huiusmodi sopita per olim felicis recordationis Henricum, Episcopum Lubucensem, predecessorem nostrum immediatum, in monte campestri prope castrum Lubus, quem quidem montem nullus hominum inhabitat, iterum ecclesia Lubucensis cathedralis ex argilla et luto fuit edificata, omni munimento et muro carens et firmitate, que etiam postea tempore guerrarum et discordiarum ob frequentem concursum predonum nostris temporibus, quod dolenter referimus, in nichilum est redacta, ymmo nuper de anno domini M^o. CCC^o. septuagesimo tercio, mense Julii, die XXII., castro nostro Lubus predicto per imperialem majestatem expugnato captis in eodem honorabilibus viris Johanne, Custode, Joh. de Kotbus, canonico ecclesie nostre Lubucensis predicte, et nonnullis nostris et ecclesie vassallis, officialibus et ministris, ipsisque crudeliter spoliatis, edificiis nichilominus ac domibus prelatorum, canonicorum, vicariorum et ministrorum ipsius ecclesie igne penitus concrematis et omnino funditus destructis, ciuitatella insuper ab alia parte dicti castri sub monte predicto una cum allodiis, villulis et vinetis circumjacentibus penitus desolata, Ipsa quoque ecclesia cathedrali et altaribus ejus inhumaniter violatis, in stabulum jumentorum fuit et est commutata, ita quod nec prelati nec canonici nec vicarii in loco predicto una cum rebus ipsorum et ecclesie secure aequaliter valeant permanere. Nos igitur Petrus Episcopus supradictus una vobiscum ac aliis prelati et canonicis totoque capitulo ecclesie nostre Lubucensis predicte propter hoc specialiter vocatis et in generali capitulo capitulariter congregatis, tractatu desuper diligenti et deliberacione matura prehabita, considerantes, quod vos et alii prelati ac canonici, nec non vicarii et alii ministri in ecclesia cathedrali necessarii circa prefa-

tum ecclesiam luteam in monte predicto situatam absque periculo corporum et rerum commode et secure residere ac commorari nequeunt, quoniam edificii carent, et lapides pro edificiis intra districtum Lubucensem non reperiuntur, neque cementum et ligna non sunt ad edificandum, neque ad comparandum cibaria, et quod deterius est, nec aquam pro suis necessitatibus habere valeant absque sumptibus et laboribus grauibus et expensis. Hiis itaque ac aliis coram nobis propositis, auditis et intellectis diligenter pensatis, volentes vestro et successorum vestrorum incommodo paterna sollicitudine, quantum nobis est possibile subvenire, vobisque et ipsis de remedio providere oportuno, predictam ecclesiam Lubucensem cathedralem una cum personis ipsius ecclesiasticis de monte predicto in opidum nostrum Fürstenwalde dicte nostre dioecesis sollempne et populosum, muris, turribus, propugnaculis et fossatis fortiter et bene munitum, in quo auxiliante Domino tam res quam persone ejusdem ecclesie valeant conservari per sedem apostolicam transferendam ac sedem ipsam commutandam, nostrum spontaneum ac plenum adhibemus consensum et tenore presencium expresse consentimus et ad instantiam et frequentem petitionem vestram ipsam ecclesiam Lubucensem una cum personis ipsius ad opidum nostrum predictum, quantum in nobis est, transferimus et collocamus —. Precipientes omnibus vobis et singulis prelati, canonicis et vicariis supradictis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie, quatenus residenciam, quam in dicto opido Fürstenwalde tempore guerrarum, de quibus supra dictum est, incepistis, et ad quod dicto tempore pro saluatione corporis et rerum confugistis, perficiatis ipsamque residenciam, sic ut presertur, dudum per vos inceptam de cetero et inantea perpetuis temporibus continuare studeatis, Decantantes ibidem in ecclesia beate Marie virginis gloriose matutinas, missas et alias horas canonicas —. Auctoritate tamen Domini nostri Pape ac ordinatione et beneplacito ipsius in hujusmodi translationem ac sedis mutationem ac aliis premisis semper salva. — Datum et actum in Capitulo generali, anno Domini M^o. CCC^o. LXX tercio, IX. die mensis Septembris, in Frankenuorde dicte Lubucensis dioecesis, ubi pro tunc propter expugnationem castri desolationem ecclesie Lubucensis de quibus supra, per nos, prelatos et canonicos ecclesie nostre, capitulum generale exstitit celebratum.

Wohlfürst I, 506.

LXXVII. Das Domcapitel zu Lebus verschreibt seinem Cantor Nicolaus Seckel einen bestimmten Zins und das Begängniß seines Gedächtnistages, am 24. April 1384.

